Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Straßburg], 1481

[Legende CI (De sanctis Abdon et sennen) – CL (De sancto Leonardo)]

urn:nbn:de:bsz:31-306710

Visual Library

ſcriptũ niſi verſiculꝰ iſte. In mẽoria etna erit iuſta hoſpita mea: ab au
ditõne mala nõ timebit ĩ die nouiſſimo. Cũ vero codicez ĩuolueret cun
ctis folijs hoc reppit ſcriptum. Cum ãt ad eius ſepulcꝝ crebra mira
cula fierent: clodoueus rex francoꝝ xpianus effectus a ſancto remigio
baptizatus. cũ gͥuem renum pateref dolorem: ad eꝰ tumulũ veniens ſa
nitatez integͣm reportauit. Quappter illũ locũ ditauit: ⁊ triũ miliario
rum ſpacio ĩ giro ex vtraqꝫ pte rodani terrã villas ⁊ caſtra dedit locuz
qꝫ illũ liberꝝ fecit. Martilla vero eiꝰ famula vitã ipſius cõſcripſit: que
poſtmodũ in ſclauoniã pgens: ⁊ ibi euangeliũ chriſti predicãs. poſt de
cimum ãnum a dormitõe marthe in pace quieuit CXI.

## De ſanctis Abdõ et ſennen A

Abdon ⁊ ſennen ſub decio impatore martiriũ paſſi ſunt. Cuz ei
decius ĩpator babiloniã cum alijs puincijs ſupaſſet. quoſdam
chriſtianos ibi inuenit: qͦs ſecũ ad vrbem cordubã deducens di
uerſis ſupplicijs cõſũmauit. Et eos duo ſubreguli rapientes. ſ. abdon
et ſennen ſepelierũt. Tũc accuſati ⁊ decio pñtati romã poſt eũ vinctis ca
tenis ducũtur. ⁊ in cõſpectu decij ⁊ ſenatus introducti aut ſacrificare:
et rex ſuaꝝ recipere libertatem: aut morſibꝰ beſtiaꝝ deuorari iubẽtur
Cõtemnentes itaqꝫ ⁊ expuentes ĩ ſimulacra ad theatꝝ ptrabũtur. ⁊ ad
eos duo leões et vrſi qͣtuor dimittũtur. Qui cũ ſãctos ñ tangerent. ſed
etiã cuſtodirent iniectis ĩ eos gladijs occidũtur: ⁊ ligatis pedibꝰ tracti
ſunt et iactati añ ſimulacꝝ ſol. Qui cum ibi triduo iacuiſſent. Quirinꝰ
ſubdyaconꝰ eos collegit: ⁊ in domo ſua ſepeliuit. Paſſi ſunt aũt circa
annoſ dñi. ccliij. Tempe ãt conſtãtini ipi qͣtuor martires coꝝ corpora
reuelauerũt. et a chriſtianis trãſlata ſunt in cimiteriũ ponciani: vbi do
minus p eos multa preſtat bñficia populo. CXII.

## De ſãcto germano A.

Germanus dicitur a germĩe: ⁊ ana qđ eſt ſurſuz: qͥ ſupnum ger
men. Tria eñi reqͥruntur in ſegete germinante. ſcꝫ calor natu
ralis. hũor nutrimẽtalis. ⁊ ratõ ſeminal'. Beatus igitur germa
nus đr quaſi ſemẽ germinãs: qꝛ in ipſo fuit calor per feruorez dilectõ
nis. humor p pinguedinem deuotõnis. Et ratio ſemialis per virtutem
predicatõis. per quã multos in fide et moribus gnãbat. Cuiꝰ vitã con
ſtantinuſ preſbiter ad ſanctũ cenſuriũ epiſcopum altiſiodoreñ. ſcripſit.
Germanꝰ nobiliſſimꝰ genere in vrbe altiſiodoro natus: ⁊ libera
libus ſtudijs plurimũ eruditus. tãdem romã ad diſcendũ iuris
ſcientiã eſt pfectꝰ. Ubi tm̃ dignitatis accepit: vt euz ſenatꝰ ad
gallias tranſmitteret. vt apicem ducatus totius burgundie obtineret:
Cum ğ altiſiodorenſem ciuitatez ceteris diligentiꝰ gubernaret arborẽ

quandā pinū in media ciuitate habebat. ad cuiꝰ ramoſ ꝓ admiratōe ve
natōis feraꝝ capita ſuſpēdebat. Sed cū ſanctꝰ amatoꝛ eiꝰ deꝫ ciuitatis
ep̄s de tali eum vanitate ſepe redargueret. monens vt etiā illā arboreꝫ
incidi mādaret. ne aliq̄ mala occaſio ex hoc chriſtiāis eueniret. ille nll'a
tenus acqeuit. Quadā aūt vice abſente germano arboreꝫ incidit: ⁊ in-
cendio totā dedit. Qđ germanꝰ audienſ xp̄iane religiōis oblitꝰ. vallatꝰ
militibus illuc aduenit: ⁊ morteꝫ ep̄o intentauit. Ep̄s āt diuina reuela
tione ḡmanuꝫ ſibi ſucceſſuꝝ agnoſcens: furenti ceſſit. et auguſtudunuꝫ
ꝑrexit. Poſtmodū altiſiodoꝝ reuerſus germanū in eccl'ia caute ꝯcludit
et ibidē eum tonſurās ip̄m ſibi ſucceſſorem eſſe predixit. Quod factum
eſt. Nā paulo poſt ep̄s felicit obiit: ⁊ germanū plebs oīs ī antiſtiteꝫ po
ſtulauit. Qui diuīa pauꝑibꝰ erogata: ⁊ vxoꝛe ī ſoꝛoꝛē cōmutata coꝛpꝰ
ſuū ꝑ. xxx. ānos ſic afflixit: vt nunq̄ panem frumēti. nō vinū. ñ oleū. nō
ſagimen. nunq̄ l' ſalem ꝓ ſapoꝛe comederit. Bis tn̄ in anno. ſ. in paſca
et natali vinū ſumebat. ſꝫ tn̄ ip̄m vini ſapoꝛem aq̄s nimis extiguebat
In refectōe ꝑmo cinerē p̄elibabat. deīn paneꝫ oꝛdeaceū ſumebat Sp
aūt ieiunās nūq̄ niſi veſpere comedebat. In eſtate l' hieme nullā veſteꝫ
habuit p̄ter ciliciū ⁊ tunicā ⁊ cucullā. q̄ veſtit niſi forte alicui dōaretur
tādiu ferebatur. donec attritōe nimia ſolueretur. Lectus ſuꝰ cinere cili
cio et ſacc'o oꝛnabatur. Nullū puluinar caput ab humeris eiꝰ leuabat
ſed ſꝑ gemens et ſc̄oꝝ reliq̄as collo gerenſ. nunq̄ veſtimētū ſed raro cal
ciamētū. ⁊ raro cingl'm detrahebat. Sup hoīem ſiq̄deꝫ fuit oē q̄d geſſit
Talis enī eiꝰ extitit vita: vt ſi miraculis caruiſſet incredibil' videretur
Et tanta fuerūt miracula: vt niſi merita p̄ceſſiſſent. phātaſtica putarē
tur. ¶ B Hoſpitatus in q̄dam loco cū poſt cenā menſa iteꝝ pareſ
admiratus interrogat cui denuo p̄pararent. Cui cum dicerent q' bonis
illis mulieribꝰ q̄ d' nocte incedūt p̄pararent. illa nocte ſanctꝰ germanꝰ ſta
tuit vigilare: Et ecce vidit multitudiem demonū ad menſam ī forma
hoīm et mulieꝝ venientem. Qui eis p̄cipiens ne abirent: cunctos de fa
milia excitauit. inq̄rens ſi ꝑſonas agnoſcerent. Qui cum oēs vicinos
ſuos et vicinas eſſe dicerent. miſit ad domos ſinguloꝝ demōibꝰ p̄cipi
ens ne abirent. Et ecce oēs in ſuis lectulis ſunt inuenti Adiurati igi
tur ſe demones eſſe dixerūt. q̄ ſic homibꝰ illudebāt ¶ Eo tp̄e beatꝰ lupꝰ
ep̄s tracaſine florebat cꝰ vꝛbē cū athila rex obſideret. ſr portā beatꝰ lu
pus acclamās q̄s eſſet q̄ eos ſic impeteret inq̄ſiuit. Cui ille ego ſū athi
lia flagellum dei. Quo contra humilis p̄ſul dei ait gemēs: Et ego ſum
lupꝰ heu vaſtatoꝛ greḡ dei: ⁊ indigēſ flagello dei. Moxq3 portas reſe
rari iuſſit. Illi āt diuinitus excecati ꝑ portā ad portā tranſierūt: nemiēꝫ
auteꝫ videntes aut ledentes. Beatus igitur germanꝰ aſſumpto p̄dicto
epiſcopo lupo in britanias vbi heretici pullulauerāt ꝓfectus eſt. Sꝫ dū
in mari eſſent. ⁊ tempeſtas maxima oꝛiretur. ad oꝛōnem ſancti germāi

protinus tranquillitas magna efficitur. Honorifice igitur a populis
ſuſcipiūtur quoꝝ aduentū demōes iā predixerāt. q̄s ſcūs germanus de
obſeſſis expulerat. Victꝫ cum hereticos cōuiciſſent ad ꝓpria redierunt.
¶ C Cum in quodā loco infirm⁹ decūberet. ↄtigit vt tot⁹ ille vicus re
pentino incendio cōflagret. Qui cū rogaretur vt ītū aſportat⁹ ignē eua
deret. ille incendio ſe opponit: ⁊ vltra citraq̄ʒ oīa cōſumente flama ho
ſpiciū eius n̄ tetigit. Dum ad britānias iterato rediret: vt hereticos
cōfutaret q̄dam ex diſcipulis ei⁹ ḡdu concito eius veſtigia ſequebatur
q̄ tn̄ apud cordomaꝝ infirmat⁹ occubuit. Rediēs īn beatus germanus
ſepulcꝝ eius apiri fecit. ipmq̄ʒ vocans ex noīe quid ageret. an adhuc
ſecū militare cupet req̄ſiuit. Mox ille reſidens cuncta ſibi cōſtare ſua
uia. ac ſe nolle ecōtra vlteri⁹ reuocari r̄ndit Tūc ſcō ānuente vt requie
ſceret. ille depoſito capite rurſum in dn̄o obdormiuit Duʒ in britānia
predicaret et ſibi ⁊ ſociis rex britānie hoſpiciū denegaſſet. ſubulc⁹ regi
regreſſus a paſcuis. receptā ꝓbendam in palatō ad tugurīū proprium
referens. vidit beatū germanū cum ſociis fame et frigore laborātem.
Quos ī domo ſua benigne recepit: ⁊ vnicuʒ vitulū q̄m habebat hoſpi
tibus occidi p̄cepit. Poſt cenā ſcūs germanus oīa oſſa vituli ſup pellē
compōi fecit. et ad eius orōem vitul⁹ ſine mora ſurrexit. Sequēti die
german⁹ regi feſtinus occurrit: ⁊ cur ei hoſpiciū denegauit potenter in
quirit. Tūc rex vehemēter attonit⁹ ſibi reſpōdere n̄ potuit. Et ille. egre
dere inq̄t ⁊ regnū meliori dimitte. Germanus igitur dn̄i mādato ſubul
cum cū vxore venire fecit: ⁊ vniuerſis ſtupentib⁹ regem conſtituit. Et
extunc reges de ſubulci genere ꝓdeuntes dn̄antur genti britonū. Cū
ſaxones cōtra britones dimicarent. ⁊ ſe paucos viderent. ſcōs īn trāſe
untes vocauerūt: ⁊ ab eis p̄dicati certatim oēs ad baptiſmi ḡtiam cō
uolabāt. Die igitur paſce ex feruore fidei ꝓiectis armis ꝓponunt forti
ter p̄liari. Quod illi audientes audacter cōtra inermes ꝓperāt. Sʒ ger
manus latens cū ſuis oēs āmonuit: vt cum ipſe alleluia clamaret: oēs
ſibi vno clamore reſpondeāt. Quod cū factum eſſet: tātus hoſtes ſuper
ſe iā irruentes terror inuaſit. vt ꝓiectis armis nō ſolum mōtes ſʒ celū
ſup ſe ruere putarent. cunctiq̄ʒ diffugerūt. ¶ Quadā vice dū p augu
ſtudunum tranſiens ad tumulū ſācti caſſiani epī deueniſſʒ: quō ſe habe
ret inq̄ſiuit. Ille ſtati ex tumulo cūctis audientib⁹ ſic r̄ndit: Dulci q̄ete
ꝑfruor. et aduentū redemptoris expecto. Et ille. Quieſce ꝑ longum in
chriſto temp⁹. et ꝑ nob attentius intercede ut obtinere ſacre reſurrectō
nis gaudia mereamur. ¶ Dū apud rauennā deueniſſet: a regina pla
cida et filio ſuo valentiniano honorifice ſuſceptus eſt. Hora vero cene
regina miſit ei vas argenti āpliſſimuʒ delicacioꝛib⁹ cibis plenum. Qd̄
ille ſic ſuſcepit. vt cibos famulis traderet: ⁊ ſibi ꝑ paupibus ipſuʒ vas
argenteum retineret. Loco vero muneris miſit regine ſcutellā ligneam

panem ordeaceũ ꝯtinentem. Quod illa libenter recepit: et vas illud pᵒ
modũ argento texit. B Quadã aũt vice dum ꝑdicta regina cuz ad
conuiuiũ inuitasset. ille benigne ãnuens. ab hoſpicio ſuo vſqz ad palatiũ
eo ꝙ ieiuniis ⁊ orõnibᵒ ac laboribus eſſet cõfectus: aſino deferente por
tatus eſt. Sed dum comederet. aſinus ſancti gmani mortuᵒ eſt Quod
regina audiens equũ mire manſuetudis epiſcopo pñtari fecit. Quem
intuens ait. Meus mihi aſinᵒ pñtetur: qꝛ qui me huc attulit ꝛ̃portabit
ꝑgenſqz ad cadauer ſurge inqt muſcio reuertamur hoſpicio. Stati
qz ſubſiliens ſeipm ꝯcuſſit. ⁊ quaſi nihil mali paſſus eſſet: germanũ ad
hoſpicium deportauit. Sed anteqꝫ: de rauenna exiret. predixit ꝙ neqꝫ
in hoc ſeculo diutiᵒ moraretur ꝑoſt modicũ febre corripitur: ⁊ die. vii.
in domino moritur. ⁊ corpus eius ad gallias ſicut a regina petierat trãſ
portatur. Obiit circa annos dñi. ccccxxx. C Clex cuz ſanctus ger
manus beato euſebio vercelleñ. epo promiſit: ꝙ in ſui reuerſione eccle
ſiam quã fundauerat ſibi dedicaret. cum intellexiſſet ſanctus euſebius
beatum germanũ exiſſe de corpe. eccleſiam ſuaz dedicaturus cereos ac
cendi iuſſit. Sed qꝫto plus accendebãtur: tanto plus extinguebantur.
Quod videns euſebius intellexit dedicatõez aut alio tempe fieri opor
tere. aut alteri epo reſuari Cum igitur beati germani corpᵒ vercellas
delatum fuiſſet. mox in ꝑdictã eccl'iam ducitur: ⁊ ſtatim cerei omnes
diuinitus inflãmantur. Tunc ſanctus euſebius ꝑmiſſiõis beati germa
ni meminit ⁊ quod viuens ſe facturum promiſerat mortuũ feciſſe cog
nouit Hoc itaqz oportz accipi: vt ñ intelligatur de magno euſebio ver
cellenſi. ꝙ tempore ipſius factum ſit hoc. Nam ipſe ſub valente impa
tore mortuus fuit: ⁊ a morte ipſius vſqz ad mortem ſancti germani
vltra ãnos. l. effluxerant. Fuit ergo alius euſebius ſub quo iſtud quod
enarratur euenit.

CIII.

# De ſancto euſebio.

Euſebius dicit̃ ab eu qð eſt bonum: et ſebe qð dicitur eloquẽtia
vl' ſtatio. vl' euſebiᵒ ſonat bonus cultus. Ipſe nanqz habuit bo
nitatem in ſanctificatõe ſui. eloqntiã in defenſiõe fidei. ſtatõez
in conſtantia martirii. bonuz cultum in reuerentia dei. A

Euſebius ſemꝑ virgo exiſtens: dũ adhuc cathecuminᵒ eſſet. ab
euſebio pp̄ baptiſma ⁊ nomẽ ſuſcepit. In quo baptiſmo manᵒ
angelice viſe ſunt q̃ ipz de ſacrofonte leuauerĩt Matrona que
dam eius pulcritudĩe capta: cũ ipſiᵒ cubicl'm vellet adire. cuſtodibus
angelis ꝑuenire nõ potuit. Unde facto mane ad eius pedes ꝓcidit. et
ab eo veniã petiit. Ordinatus preſbiter tanta ſanctitate emicuit: vt in
miſſarum ſolenniis inter manus eiᵒ miniſteriũ angelicum appareret.
Poſt hoc cuz arriana hereſis totã ytaliã inficeret. impatore cõſtantio

eidem hereſi fauente. iulianus papa euſebium in vercellñ. epiſcopum
conſecrauit: que tunc obtinebat inter alias vrbes ytalie principatum.
Quod heretici audientes: oēs fores eccleſie claudi fecerunt. At euſe
bius vrbem ingreſſus: ante hoſtium maioris eccleſie que eſt beate ma
rie genua flexit. et omnia hoſtia ſua mox oratione aperuit. Maxenciuꝫ
mediolanēſem epiſcopuꝫ heretica prauitate corruptum de epiſcopatu
eiecit: ꝛ pro eo virum catholicū dyoniſium ordinauit. Sicqꝫ euſebius
totam eccleſiam occidentis: ꝛ athanaſius totam eccl'iam orientis ab ar
rianorum peſte purgabant. Arrius namqꝫ preſbiter alexandrinus fuit
qui chriſtum puram creaturam eſſe dicebat. aſſerens ꝙ erat quādo non
erat. ꝛ ꝙ propter nos factus eſt: vt nos per eum tanꝗ̄ ꝑ inſtrumētum de
us crearet. Et ideo magnus conſtantinus celebrari fecit nicenum cōci
lium: vbi error condemnatus eſt. Ipſe autem poſtmodum miſerabili
morte interiit: quia omnia viſcera ꝛ inteſtina ꝑ ſeceſſum emiſit. Conſtā
tius autem conſtātini filius ipā hereſi corruptus fuit. Quocirca cōſtā
tius imperator contra euſebium plurimum indignatus multoꝝ epiſco
porum conciliū conuocauit. ꝛ dyoniſium accerſiuit multaſqꝫ epiſtolas
ad euſebiū deſtinauit: qui ſciens maliciā in mltitudie preualere venire
contempſit: et ſuam ſenectutem oppoſuit. Unde imꝑator ſtatuit cōtra
eius excuſationem in mediolanenſi vrbe que prope erat concilium cele
brari. Ubi cum euſebium deeſſe viderꝫ. iuſſit arrianus fidem ſuam de
ſcribere: ꝛ dyoniſium epiſcopū mediolanenſem: ac. xxxiii. epiſcopos ei
dem fidei ſubſcribere. Quod audiens euſebius de vrbe ſua mediolanū
ꝓfecturus exiit. ꝛ multa ſe paſſurum predixit. ¶ B Cum igitur
ad quendam fluuiuꝫ veniſſet vt mediolanum ꝑgeret. nauis procul ex
alia pte fluminis exiſtens eo iubente ad eum venit: ꝛ ipm cum ſociis ſiñ
gubernatore alio tranſportauit. Tunc ei predictus dioniſius obuiauit
et ad pedes eius procidens veniam poſtulauit. Cum igitur euſebius
ab imperatore nec minis nec blandiciis flecti poſſꝫ coram omnibus di
xit. Uos dicitis filium minorem eſſe patre: cur ergo michi filium meū
et diſcipulū pretuliſtis. Nō eſt enim diſcipulꝰ ſuꝑ magiſtꝝ nec ſuꝰ ſuꝑ
dominū ſuum: nec filiꝰ ſuꝑ prēm. Qua illi rōne cōmoti ſtatim cirogꝛphū
quē ſcripſerāt: ꝛ cui dyoniſius ſubſcripſerat ei obtulerūt. At ille. Neq
ꝙ poſt filium ſcribā cui autoritate ꝑſum: ſed iſtū ſuccendite. nouumqꝫ
cui ſubſcribā ſi vultis ꝯſcribite. ſicqꝫ nutu dei ſuccenſus eſt cirogꝛphus
Cui dyoniſiꝰ ꝛ alii. xxxiii. epi ſbſcripſerant. Rurſumqꝫ arriani aliū cy
rographū ꝯſcripſerūt: ꝛ euſebio et aliis epis vt ſubſcriberent tradiderūt.
Sed cum ab euſebio animati nullatenus ꝯſentirent. ceperunt plurimū
gratulari: ꝙ cyrographuꝫ cui coacti ſubſcripſerāt penitus combuſtū
videbant. Tunc iratus conſtantiꝰ euſebiū voluntati arrianoꝝ tradidit
Qui primus ipm de medio aliorum epiſcopoꝝ rapientes: et durius fla

CLXVII.

gellantes cum p gradus palatii a ſummo vſqꝫ ad imū. ⁊ rurſus ab imo
vſqꝫ ad ſūmū traxerūt. Cum ḡ capite ꝯquaſſato mltm ſanguiem fudiſſꝫ
et adhuc nō aſſentiret. vinctis poſt tergū manib⁹. p collū cum fune ipſꝫ
trahebant. Ipſe aūt gr̄as agens dicebat ſe ꝑ confeſſiōe fidei catholice
mori eſſe patum. Tunc cōſtanti⁹ liberiū papā. dyoniſiū: paulinū ⁊ om̄s
alios ep̄os q̄ eius exemplo fuerāt animati in exiliū mitti fecit. Euſebiū
vero apud ſcytopolim vrbem paleſtine arriani duxerūt: ⁊ ip̄m in quodā
loco ſic artiſſimo recluſerūt. vt eſſet illo longitudine breuior: latitudine
anguſtior. ita vt curuatus nec pedes extendere. nec ſe ī latus alterꝝ ver
tere poſſꝫ. capiteqꝫ depſſo humeros tantum. ⁊ cubitos mouere valebat
Uerumtn̄ conſtātio defuncto iulianus eidē ſuccendens: ⁊ omnib⁹ pla
cere volens. iubꝫ exulatos ep̄os reuocari. et deorꝝ templa apiri: et pace
frui ſub lege qua quiſqꝫ vellet. Et ſic euſebius inde exiens ad athana
ſium venit: ⁊ q̄nta paſſus fuerat. eidem expoſuit. Defuncto aūt iuliāo
et iouiniano regnante ſopitis arrianis euſebius vercellas redut: ⁊ cū
populus cuꝫ magna exultatōe ſuſcepit Sꝫ iterꝝ valente regnāte arriāi
repullulāt ⁊. euſebii domū vallātes: ⁊ extra domū ſupinū ipſum trahē
tes: lapidibus eum obruerūt: ⁊ ſic ad dn̄m feliciter migrans in eccleſia
quam ip̄e conſtruxerat ſepultus eſt. Fertur quoqꝫ hanc ḡtiam ſue ciui
tati euſebius a deo ſuis p̄cibus impetraſſe: vt nullus arrianus ibidem
viuere poſſit. Uixit aūt ſ̄m cronicā ad min⁹. lxxxviii. annis. Floruit cir
ca annos domini. ccel.

CIIII.

# De ſāctis machabeis

A

MAchabei fuerunt ſeptē fratres cum matre reuerenda: ⁊ elea-
zaro ſacerdote: qui pro obſeruatiōe legis cum carnem porcinā
nollent comedere. inaudita ſuppliciorū genera pertulerūt ſ̄m
qꝺ in ſecundo machabeorꝝ plenius ꝯtinetur. Et notandū ꝙ eccl'ia oriē
talis facit feſta de ſanctis vtriuſqꝫ teſtamti. occidental' autē non facit
feſta de ſanctis veteris teſtamti eo ꝙ ad inferos deſcenderūt. pterꝗ de
innocentib⁹. ex eo ꝙ in ipſis ſingulis occiſus eſt chriſtus. ⁊ de macha-
beis. Sunt autem quatuor ratōnes quare eccleſia de iſtis machabeis
licꝫ ad inferos deſcēderint ſolennizat. Prima eſt propt̄ prerogatiuam
martirii. Quia eni inaudita ſupplicia inter ſanctos ve. teſta. paſſi ſunt
ideo priuilegiati ſunt vt eorꝝ paſſio merito celebretur Hec ratio pōitur
in hy. ſco. Scd̄a eſt propt̄ repn̄tatōem miſterii. Septenarius eni nume
rus: eſt numer⁹ vniuerſitatis. Significātur ḡ in iſtis om̄s p̄res veteris
teſtamti celebritate digni. Nā licꝫ de ipis nō ſolennizet eccl'ia. tum qꝛ
ad limbū deſcenderūt. tum qꝛ multitudo multorꝝ nouorū ſubintrauit.

In hiſ tñ ſeptez impẽdit oībuſ reuerentiã.qꝛ p ſeptẽ vt dictũ eſt vniuer
ſitas deſigñtur. Tercia eſt propť exemplũ paciendi:ꝓponũtur eñi exem
plum fidelibus vt ſm hoꝝ conſtãtiam ad zelum fidei animentur.et ad
paciendum ꝑ lege euãgelii ſicut illi ꝑ lege moyſi fortius accingantur.
Quarta eſt ꝓpter cauſam ſupplicii. Nam ꝑ defenſiõe leg̃ ſue talia ſup
plicia paſſi ſunt.ſicut et chriſtiani pro defenſiõe legis euangelice pati
untur. Has tres vltimas rationes aſſignat magiſter iohãnes beleth i
ſumma de officiis.c.v.

cv.

## Ad vincula ſancti petri

Feſtum ſancti petri apoſtoli qd̃ ad vincula dicitur quadruplici
de cauſa inſtitutũ fuiſſe putatur:ſcilicꝫ in memoriã liberatõis
petri.in memoriam liberatiõis alexandri.pro deſtruendo ritu
gentilium.et pro impetrãda abſolutione ſpiritualium vinculoꝛuꝫ.
Prima ergo cauſa eſt in memoriam liberatiõis petri. Nam ſicut
dicitur in hyſtoria ſcolaſtica:herodes agrippa romam adiit:⁊ ibi gaio
nepoti tiberii ceſaris familiariſſimꝰ extitit. Quadam aũt die cum eſſet
herodes in curru cũ gaio leuatis in celum mãibus ait. Utinã viderem
mortem ſenis.et te dominuꝫ totius orbis. Sed hoc auriga herodis au
diuit et tiberio continuo intimauit. Quapropter indignatus tiberius
ceſar herodem recluſit in carcerem.vbi dum quadam die iuxta arborẽ
innixus eſſet cuius frondibus inſidebat bubo.vnus de concaptiuis pe
ritus in auguriis dixit ei. Noli timere quia cito liberaberis:⁊ intantũ
ſublimaberis:ꝙ amicos tuos in tui inuidiam concitabis:⁊ in hac pro-
ſperitate morieris. Quamcito autēꝫ huius generis animal ſuper te vi
deris .vltra quintum diem viuere non valebis. Poſt aliquod tempus
tiberius moritur.⁊ gaius in imperium ſublimatur: qui quidem hero-
dem de vinculis liberauit: ⁊ magnifice ſublimatum regem in iudeam
miſit. Cumqꝫ veniſſet:miſit manus vt affligerꝫ quoſdam de eccl̃ia. De
ciſio autem iacobo fratre iohannis gladio ab eodem ante dies azimoꝝ
videns quia hoc g̃tum eſſꝫ iudeis.in diebus azimorum petꝝ apphen-
dit:⁊ in carcerem miſit.volens poſt paſca producere eum poplõ. Ange
lus autem noctu eidem aſſiſtens mirabiliter euꝫ vinculoꝝ nexibus libe
rauit ⁊ ad miſteriũ predicatõnis liberum ire iuſſit. Facinus autem reg̃
dilatõnem non patitur vltionis. Seq̃nti vero die cuſtodes ad ſe veni
re fecit.vt pro fuga petri diris eos penis afficerꝫ. Hoc tamen impedi-
tus eſt facere ne ſolutõ petri alicui nocerꝫ. Nã concitus i ceſaream de
ſcẽdit:⁊ ibi ꝑcuſſus ab angelo exſpirauit. Itē ſicut r̃fert ioſephus
in.xix.antiquitatũ libro.cum ceſareã aduenirꝫ:⁊ ad eũ totius ꝓuincie
viri vnanimiter conueniſſent.ille fulgenti veſte ex auro argentoqꝫ mi
rabiliter contexta indutus incipiente die procedit ad theatrum.

Ubi cum primū ſolis radios veſtiſ argentea ſuſcepit. repcuſſo ſplēdo
re duplicatā ſpectātib⁹ lucē fulgor metalli vibrātiſ effudit. vt ītuentib⁹
ꝑſtringeret aciem terror aſpectus: ⁊ ꝓ hoc plus aliq̄d de eo q̄m humāe
nature eſt artifex arrogātia mentiretur. Illico adulātis vulgi cōcrepāt
voceſ dicentis: Hucuſq₃ ⁊ hoīeȝ te tenuim⁹: ſed ex hoc iā ſup̄ hūanam
naturā te eſſe fatemur. Et dū adulatoriis demulceretur honorib⁹ ⁊ ob
latos ſibi diuinos honores ñ reſpueret: reſpiciens vidit īſidentem ſup̄
funiculū capiti ſuo āgelum. i. bubonem mortis ei⁹ ꝓxime nunciū: reſpi
cienſq₃ ad populū dixit. En ego deus vr̄ morior. Sciebat enī iux̄ predi
ctōnem auguris ſe infra q̄nq₃ dies moriturꝫ. Et cōtinuo ꝑcuſſus ꝑ q̄n
q₃ dies vermib⁹ eū corrodentib⁹ expirauit. Hec ioſeph⁹. ¶ In mēoriaȝ
igitur tam mire liberatōis ꝑncipis apl'oꝝ a vincul'. ⁊ tam dire vindicte
in tyrānum ꝓtinus ſubſecute. eccl'ia feſtū ſci petri ad vincula ſolēnizat
Unī et epl'a in miſſa canitur: in q̄ hec liberatio facta fuiſſe ꝑhibetur. et
ſm̄ hoc videtur ꝙ hoc feſtū deberet vocari petri a vincl'is ¶ II Se
cunda cā inſtitutōis extitit. Qm̄ alexāder pp̄ q̄ ſextus poſt bt̄m petruȝ
rexit eccl'iam et hermes ꝑfectus vrbis rome qui ꝑ alexandꝝ ad fideȝ ꝯ
uerſus fuerat a quirino tribuno in diuerſis locis ī cuſtodia tenebātur
Dixitq₃ tribunus ad hermem prefectum. Miror te virꝝ prudenteȝ ho
norem dimittere ꝑfecture: ⁊ vitam aliaȝ ſomniare. Cui hermes dixit.
Et ego añ hos ānos hec oīa deridebā ⁊ hanc vitam ſolā eſſe putabam.
Rn̄dit quirin⁹. Fac ḡ ꝓbare me ꝙ aliā vitam noueris eſſe et continuo
fidei tue diſcipl'm me habebꝭ. Cui hermes dixit. Scūs alexander quem
tenes in vīcul': ipſe hoc meli⁹ te docebit. Tunc quirin⁹ maledicens her
mem ait. Ego tibi dixi vt me ꝓbare faceres hoc: ⁊ nunc me mittis ad
alexandꝝ quē ꝓ ſuis ſcelerib⁹ teneo vinculatū. Certū ſup te ⁊ alexādꝝ
cuſtodiaȝ duplicabo. ⁊ ſi ipm̄ tecū vl' te cum ipſo inuenire potero. vere
fidem tuis ⁊ eius dictis l' ſmonib⁹ adhibeo. Fecit q̄d dixit. Et alexan
dro hoc hermes ꝓtin⁹ indicauit. Orante igitur ſcō alexandro angelus
ad eum venit. ⁊ ipſum ad hermem in carcerem duxit. Et inueniens eos
quirinus inſimul plurimū admiratus eſt. Et cum hermes quirino nar
raret: quō alexander filium ſuum mortuuȝ ſuſcitaſſet. Dixit alexandro
quirinus. Habeo filiā gutturoſaȝ nomine balbinam. Promitto igitur
me tuā recipe fidem: ſi filie mee impetrare poteris ſalutem. Cui alexan
der. Uade cit⁹ et ipſam ad carcerem meū adducito. Cui dixit quirin⁹
Cū h ſis quō in carcere tuo te potero inuenire. Ad q̄m alexāder. Uad
cito: q2 qui me huc adduxit. ille me illuc cito reducȝ. Pergenſ igit̄ q̄rin⁹
filiam ſuā ad carcerem alexandri adduxit: ⁊ ibidem ipſum inueniēs ad
pedes ſuos ſe ꝓſtrauit. Tunc filia ei⁹ cepit vincula ſancti alexandri de
uote oſculari vt ſanitatem reciperet. Cui alexander dixit. Noli filia
has meas oſculari catenas: ſed hoīas ſancti petri diligenter inquire.

quas deuote oſculans recipies ſanitatē Quirinus igitur in carcere vbi
petrꝰ detentus fuerat diligenter boias inquiri fecit. caſq; cū inueniſſz fi
lie ſue oſculādas dedit. Illa mox vt oſculata eſt vincla: ſanitatis eſt ite
gre bñficiū aſſecuta. Tunc q̄rinus veniā petens alexandꝝ ď carcere ex
traxit. ꝛ ipſe cuz familia ꝛ aliis q̄ꝑpluribꝰ baptiſma ſuſcepit. Tūc ſcūs
alexāder hoc feſtū in kl'. auguſti celebrandū inſtituit. ꝛ i honorem apl'i
petri eccleſiā fabricauit: vbi vīcula repoſuit: et ad vincula noīauit. In
hac ſolennitate ad predictā eccleſiā magnꝰ fit cōcurſus ppl'i: ꝛ ibidem
ppl's vīcula oſculat. ¶ C Tercia cā inſtitutōis ſm bedā hec eſt Octa
uianꝰ īpatoꝛ ꝛ āthoniꝰ ſibiinuicē affinitate cōiuncti. ſic iter ſe mundi
totiꝰ impiū diuiſerīt: vt octauianꝰ ī occidente. italiā. galliā. ꝛ hyſpaniā
anthoniꝰ vero in oriente. aſiam. pontuz ꝛ affricā poſſideret. Anthoniꝰ
aūt laſciuus et lubricꝰ: cū ſororē octauiāi ī vxorē haberz. ipſā repudia
uit. ꝛ cleopatrā reginā egipti in vxorem accepit. Ob hͦ indignatꝰ octa
uianꝰ māu armata in aſiā ꝯ anthoniū ꝓcedit et ipm in oibus ſupauit.
Tūc āthoniꝰ ꝛ cleopatra victi fugerīt. ac ſemetipos ꝑ dolore nimio occi
derūt. Egipti igitur regnū octauianꝰ deſtruxit: ꝛ romanā ꝓuinciā fecit
Inde in alexandriā perrexit. et oībus eā diuitiis ſpoliās romā ipſas trāſue
xit. vñ rempublicā auxit. ita q̄ ꝑ vno denario daretur quod priꝰ ꝑ q̄tuoꝛ
vendebatur. Et qꝛ ciuilia bella valde vrbem vaſtauerāt: ita eā renoua
uit vt dixerit. Inueni latericiā reliquo marmoreā. quia igitur inm̄ rē
publicā auxit. auguſtus ꝑmo oīm vocatuſ eſt. Vñ ꝛ ab eo auguſti dicti
ſunt q̄ ſibi ī impio ſucceſſerūt: ſicut a iulio ceſare eiꝰ auunculo ceſareſ ap
pellantur. Vñ ꝛ hunc mēſem auguſtū q̄ ꝑus ſextilis dicebatur: qꝛ a mar
cio ſextuſ erat. ppl's ſuo noīe intitulauit eū auguſtuz vocans In memo
riā itaq; et honorē victorie illiꝰ q̄m ꝑma die auguſti octauianꝰ habuit
oēs romani hac die ſolennizabant vſq; ad tempꝰ theodoſii impatoriſ
qui cepit regnare anno dñi. cccccxxvi. Eudoxia igitur filia predicti the
odoſii imperatoris vxoꝛ valentiniani hieroſolumā ex voto perrexit. Vbi
quidā iudeus ꝓ magno munere duas ei catenaſ obtulit q̄bus ſub hea
de petrꝰ apl's vinctus fuit. Cū igitur romā rediiſſz in kl'. auguſti. ꝛ ho
norem impatoris gentilis romāos ſolennizare videret. dolens q̄ dam
nato homini tantus honoꝛ exhiberetur. cogitāſq; q̄ ñ eos de facili a
tali cultura et cōſuetudine reuocare poſſet. cogitando tractauit vt ob
ſeruantia quidem ſic ſtaret: ſed in honorem ſancti petri ſic fieret ꝛ illū
diem vniuerſus populuſ ad vincula nominaret. Habita igitur collatō
ne cum beato pelagio papa populum blandis exhortatōnibus induxe
runt: vt obliuioni traderetur memoria ꝑncipis paganoꝝ et celebris fi
eret. memoria principis apoſtolorum. Quod dum cūctis placuiſſet illa
catenas quas de hieruſalē attulerat ꝓtulit: ꝛ popl'o oſtendit. Papa ve
ro et illam catenam protulit qua ſub nerone idem apl's vinctus fuit.

Hac ergo illis ſociata ita miraculoſe vna catena facta eſt: ac ſi ſemper
vna et eadem extitiſſz. Vñ pp̄ et regia ꝓtin⁹ ſtatuer̄t: vt qđ hoim indi-
ſcreta religio faciebat gentili dãnato. in meli⁹ mutata faceret apl'oꝝ
ꝑncipi petro. Ipſa igitur vincula pp̄ cũ regina in eccl'ia ſãcti petri ad
vincula poſuit: et ipſum munerib⁹ mľtis ⁊ ꝑuilegiis magnis dotauit.
ac ꝑdictã diem vbiqꝫ celebrem fore inſtituit. Hec beda. Idem dicit ſy
gibertus. Quante aũt virtutis hec catena fuit ãno dñi. dcccclxiiii. ap
paruit. q̄ndã ei comitẽ impatoris ottonis ꝓpinquũ dyabol⁹ añ oculoſ
oĩm tã crudel'r arripuit: vt ſeipm̄ dentib⁹ lacerarẽ. Tunc iuſſu impato
ris ad iohãnem papã ducitur: vt catena ſãcti petri ei⁹ collo circũdaret̃
Sꝫ cũ q̄dam alia catena furentis collo fuiſſet impoſita. ⁊ nichil ex hac
ꝓueniſſet ſalutis. nimiꝝ vbi nil latebat virtutis. tãdem vera petri cate
na ꝑducitur et furentis collo iponitur. Tãte ãt virtutis pond⁹ dyabo
lus ferre nõ potuit. ſꝫ mox corã oĩbus exclamãs abſceſſit. Tũc theodo-
ricus metheñ⁹ ep̄s ipam catenã arripuit: ⁊ eã ſe nullaten⁹ dimiſſurũ
niſi man⁹ ſibi ꝑcideretur aſſeruit. Cũ igit̃ ſr̃ h̄ inter ep̄m ⁊ papã alios
qꝫ clericos ĝuis oriretur cõtentio: impator tandem ip̄m litigiũ ſedauit
⁊ ep̄o ex ipſa catena a pp̄ anulũ ip̄etrauit. Narrat milet⁹ in cronica
et idẽ habetur ĩ hyſtoria triptita: q̄ his dieb⁹ apud epyꝝ draco ingẽs
appuit: in c⁹ ore donatus ep̄s virtute inſignis expuens mox eum oc-
cidit. ꝓus tñ añ eius faciẽ digitis crucem deſignãs: et eidem oñdens
Quẽ vix octo iuga boum ne eius putredine aer inficeretur ad locum
incẽdii trahere potuer̃t. Idem q̄ꝫ ait ibidem: ⁊ in eadem tripar: hyſto.
habetur: q̄ in creta dyabolus ĩ ſpecie moyſi ſe poſuit. Qui iudeos vñ
cunqꝫ ꝯgregans ſup magnũ mõtis precipitium iux̄ mare eos duxit.
Quos dũ ad terrã ꝓmiſſiõis ſicco pede ſe precur̃e ducere polliceret̃. in-
numeros enecauit. Vñ creditur q̄ dyabol⁹ idignat⁹: q2 occaſiõe iudei
qui regie catenã õderat plauſus octauiãi ceſſauit. de his ſe talit̃ vindi
cauit. Multi ãt ex his qui euaſer̃t ad baptiſmi ĝtiam cõuolarunt. Cũ
ei moni ip̄e decliuis incũberet et illi ſeſe euoluerent: ⁊ ꝑores tã acutis
rupibus lacerati q̄ in mari prefocati mortui ſunt. Cunqꝫ reliq̄ idem fa
cere vellent: ⁊ de ꝑoribus q̄d eis acciderit ignorarent. q̄dam piſcatores
inde trãſeuntes malum qđ acciderat narrauer̃t eiſdem: et ſic illi ꝯuerſi
ſunt. Hec in hyſtoria triptita. B Quarta cauſa inſtitutõis hic aſſi
gnari põt. Dñs eni a vincul' petꝝ miraculoſe abſoluit. et eidem ligan
di ⁊ abſoluendi poteſtatẽ dedit. Nos aũt vincl'is peccatoꝝ obligati te
nemur et abſolui indigem⁹. Ideo igitur ipſum in ſolẽnitate q̄ dr̄ ad vin-
cula honoram⁹: vt ſicut ipſe a vincul' abſolui ꝓmeruit. et ſicut abſoluen
di a dño poteſtatem accepit: ſic ⁊ ipſe a peccatoꝝ vincul' nos abſoluat.
Hanc vltiam inſtitutõis cãm ñ nullã extitiſſe q̄s defacili ꝑpendere põt
ſi videat q̄ abſolutõem a vinculis in apl'm factã ep̄l'a cõmemorat. ab-

ſoluendi poteſtatē ſibi ↄceſſam euangeliſta recitat abſolutiōem ab ipſo
nob fiendā hodierna orō poſtulat. Q; āt p claues q̄s accepit inſtuꝫ
etiā dānandos abſoluat: in quodā miraculo qđ legitur in libro miracu
loꝝ bte virgis ſatis claret. Apđ nāqꝫ coloniā vrbē in mōaſterio ſancti
petri erat q̄dā mōachus leuis lubric⁹ ꝛ laſciuus. Hic dū ſubita morte
fuiſſet ꝑuentus: demōes ipm accuſabāt: et q̄libet peccatoꝝ gnā ↄ ipm
clamabāt. Unū dicebat: ego ſum cupiditaſ tua: q̄ ↄtra dei ꝓcepta tā fre
q̄nter cupiſti: Aliud clamabat: ego ſum vana gl'ia. q̄ te apud homīes ia
ctanter exaltaſti. Aliud ait. Ego ſum mendacium: in quo menciendo
peccaſti. Et cetera ſimil'r. E contra q̄dā bōa opa q̄ fecerat ipm excuſa-
bant dicentia. Ego ſum obedientia q̄m ſenioribus ſpūalib⁹ exhibuiſti.
Ego ſum pſalmoꝝ cant⁹: q̄m freq̄nter deo concinuiſti. Sanct⁹ āt petrus
cui⁹ erat mōach⁹ ꝓ ipſo depcaturus deū adiit. Cui rn̄dit dn̄s: Nūqđ n̄
ꝓpheta me inſpirāte dixit. Dn̄e q̄s habitabit i tabernacl'o tuo. aut q̄s
re. i mō. ꝛc̄. Qui igreditur ſine macl'a ꝛc̄. Quō h̄ pt̄ ſaluuſ eſſe cum nec
ſiñ macl'a ſit ingreſſ⁹ nec ſit iuſticiā opat⁹. Rogante igitur ꝓ eo petro
cū virgīe mr̄e dei. hāc dn̄s ſententiā ꝓtulit. vt ad corp⁹ rediret: ꝛ ibi pe
nitentiā ageret. Tūc ↄfeſtim petr⁹ claui q̄m māu tenebat dyabolū ter
ruit: et in fugā cōuertit. Animā vero eius in manu c⁹dam q̄ in ꝑdicto
mōaſterio mōach⁹ fuerat tradidit: ꝛ vt ad corpus ipam reduceret ꝓce
pit. Qui ab eo pro mercede reductōis popoſcit. vt ſingul' diebus pſal-
mum. miſerere mei de⁹. diceret. ꝛ ſepulturā ei⁹ ſepe ſcobis mūdaret. Ip
ſeqꝫ de morte rediens que ſibi cōtigerant oībus enarrauit.

cvi.

## De ſācto ſtephano papa

Stephanus pp̄ cum multos gentiliū verbo et exemplo cōuertiſſꝫ
et mlt'a corpa ſanctoꝝ martirū ſepeliſſꝫ. a valeriano ꝛ galieno
anno dn̄i. cclx. ſūmo ſtudio q̄ritur: vt eum et clericos aut ſacri
ficare cogerent aut ſupplicijs diuerſis punirent. Dederuntqꝫ edictum
vt q̄cūqꝫ eos ꝓderet totā eoꝝ ſbam poſſideret. Quappt̄. x. de ei⁹ cleric̄
ſtatim cōprehenſi ſunt ꝛ ſine audientia decollati. Seq̄nti die ſtephan⁹
pp̄ ↄphenditur ꝛ ad templū martis ducitur: vt ibi aut ydoluꝫ adoraret
aut capitalem ſententiā ſubiret. Sꝫ cū templū ingreſſus fuiſſet ꝛ deum
vt ipm templū deſtrueret exoraſſet. ſtati mag̃ ps templi corruit. ꝛ oīſ
multitudo p̄re nimio timore aufugit. Ipſe vero ad cimiteriū ſancte lu
cie ꝑrexit. Qđ audiens valerian⁹ milites plures ꝑoribus ad eū miſit.
Qui venientes euꝫ miſſam celebrātem inuenerunt: ꝛ ſtātem intrepidū
ac incepta deuote ꝑficientem in ſua ſede decollauerunt. cvii.

## De inuentōe ſcī ſtephani prothom.

Inuentio corpis ꝓthomartiriſ ſtephani. ãno dñi. cccc.xvii. ho
norii ꝑncipis ãno. vii. facta fuiſſe narratur. Repitur aũt eius
inuentio: trãſlatio et cõiunctio. Inuentõ ipſiꝰ hoc ordĩe facta
fuit. Nã cum quidã preſbiter nõie lucianus in territorio hieroſolimita
no. q̄m gẽnadiꝰ int̄ illuſtres viros cõmemorat: et hec ſcripſit. feria ſex
in ſtratu ſuo q̄ſcerẽ ꝛ pene euigilaret. q̄dã vir ſenex. ſtatura ꝓcerꝰ vltu
decorus: barba ꝓlixa: pallio cãdido amictꝰ. cui gẽmule auree et cruces
inerãt ꝯtexte. calciatꝰ calig̃ in ſuꝑficie deauratis. eidẽ apparuit. Qui
mãu aureã virgã tenens tetigit eũ dicens. Sũma cum diligentia nr̃os
patefacito tumulos. q̄ indecenter deſpecto loco reconditi ſumꝰ. Uade
igitur et dic iohãni epiſcopo hieroſolimitão: vt nos in honorabili loco
reponat. q̄ cum ſiccitas et tribulatõ mũdũ cõcuſſerit: nr̃oꝝ ſuffragiiſ
deꝰ mũdo ꝓpiciari decreuit. Cui lucianus preſbiter dixit. Dñe quiſ es
Ego ſũ inq̄t gamaliel: q̄ paulum apl̄m enutriui: ꝛ ad pedes meos legẽ
perdocui. Qui aũt mecum iacet ſanctus eſt ſtephanꝰ q̄ a iudeis lapida
tus ex̄ ciuitatem ꝓiectus eſt. vt a feris ꝛ auibus deuoraretur. Sz hoc
oĩno ille prohibuit: cui idem martir illeſam fidem ſuauit. Ego ãt ipm
cum reuerentia multa collegi. et ĩ meo nouo tumulo ſepeliui. Alius ãt
qui mecũ iacẽ eſt nichodemꝰ nepos meos. q̄ nocte ihm adiit: ꝛ a petro
et iohãne ſacꝝ baptiſma ſuſcepit. Quaꝓpter ĩdignati in eũ ꝑncipes ſa
cerdotũ eũ occidiſſent: niſi ob nr̃i rũerentiã deſtitiſſent. Uexẽtũ oĩmem
ſbiãz eꝰ diripueꝛt ꝛ a ꝑncipatu depoſueꝛt: m̄tiſq3 eũ afficientes verbe
ribꝰ ſemiuiuũ reliqueꝛt. Hunc cũ ego ĩ domo mea duxiſſẽ diebꝰ aliq̄bꝰ
ſupuixit: ꝛ defunctũ iux̄ pedes beati ſtephãi ſepeliri feci. Tercius vero
q̄ mecũ eſt. ipẽ ẽ abibaſ filiuſ meꝰ q̄ ãno etatis ſue. xx. mecũ baptiſma
ſuſcepit. ꝛ virgo ꝑmanens cũ paulo diſcipl̄o meo legẽ didicit. Uxor
vero mea ethea. ꝛ ſelemias filius meus: q̄ fidẽ xp̄i noluerũt recipe. nõ a
nequaꝗ̄ digni ſepultura fuere. ſz eos alibi ſepultoſ ĩuenies ꝛ eoꝝ tumu
los vacuos et inanes. Hoc dicto ſcũs gamaliel diſpuit. Lucianꝰ vero
euigilanſ dñm exorauit: vt ſi hec viſio ĩ veritate fierẽ. eidem ſcd̄o ac ter
cio appereret. In ſeq̄nti igitur feria ſexta eidem ſicut ꝑus appuit: et cur
ea q̄ ſibi dixerat neglexerit req̄ſiuit. Nõ iq̄t dñe neglexi: ſz rogaui dñẽ
vt ſi hec viſio ex deo eſſet mihi tercio appereret. Dixitq3 ei gamaliel. q̄m
in mente tua cogitaſti ſi nos inuenires: quomõ reliquias ſinguloꝝ di
ſcernere poſſes. ex his que tibi ſub ſimilitudĩe offero ſingulorum locu
los et reliquias edocebo. Oſtenditq3 ei tres calatos aureos et quartũ
argenteum quorum vnus erat plenus roſis rubentibus. et alii duo ro
ſis albis. Quartum etiam oſtendit calatum argenteum plenum cro
co. Dixitq3 gamaliel. Hi calati noſtri ſunt loculi. Et he roſe noſtre
ſunt reliquie. Calathus plenus roſis rubeis eſt loculus ſancti ſtepha
ni: q̄ ſolus ex nob̄ martirio meruit coronari. Alii duo roſis alb̄ pleni

mei et nichodemi ſunt loculi. q̄ ſincero corde in cõfeſſione chriſti pſeue
rauimꝰ. Quartus vero argenteꝰ croco plenꝰ eſt abibe filii mei: q̄ cando
re virginitatis pollebat. et mũdꝰ de mũdo exiuit. His dictis iterũ diſpa
ruit. Feria aũt ſexta ſequētis hebdomade eidem iteratꝰ apparuit: ⁊ d̄ dilatõe
⁊ negligẽtia ſua eũ grauiter increpauit. Cõtinuo igitur lucianꝰ hieroſolimã
adiit. ⁊ iohãni epõ cũcta per ordinẽ enarrauit. Pergũt igitur cũ aliis epis
accerſitis ad locũ p̄dictum luciano oñſum. Cũq; cepiſſent fodere. terra ꝯ
cutitur et ſuauiſſimꝰ odor ſentitur. Ad cuiꝰ odoris mirã fragrãtiã meri
tis ſanctorum. lxx. hoĩes a diuerſis infirmitatibꝰ liberãtur. Sicq; i eccle
ſiã ſyon q̄ eſt in hierl'm: vbi ſcũs ſtephanꝰ archidyaconatus officio fun
ctus eſt: cũ magno gaudio ſanctorum reliq̃as trãſtulerũt: et eas ibidẽ hono
rifice cõdiderũt. Ea aũt hora pluuia magna deſcendit. Huiꝰ viſiõis et inuen
tõis mentõẽ facit beda i cronica ſua. ¶ B Hec iuentõ ſancti ſtephãi
facta eſt ea die q̄ eius paſſio celebratur. ⁊ eiꝰ paſſio in hac die fuiſſe d̄r.
Feſta aũt ab eccl'ia mutata ſunt duplici rõne. Prima eſt quoniam xp̄s iõ natꝰ
eſt in terris vt hõ naſceretur in cel'. Decuit igitur vt natiuitati chriſti
ꝯtinuaretur natale ſãcti ſtephãi q̄ p̄mꝰ ꝓ xp̄o martiriũ ſuſtinuit: qḋ eſt
naſci in celo: vt per hoc notaretur vnã ex alia ſequi. Vnde etiã cãtatur de ipo
Heri chriſtꝰ natus eſt i terris. vt hodie ſtephanꝰ naſceret̃ in cel'. Secũda
ratõ eſt: quoniam feſtũ de inuentõe ſolemniꝰ agebatur: q̄ꝫ feſtũ de paſſiõe. ⁊ hoc
tũ ꝓpter reuerentiã natiuitatis dñi. tũ ꝓpter multa miracula q̄ in ipius iuen
tione dñs oñdit. quia g̃ paſſio ipſiꝰ dignior eſt q̄ꝫ inuentõ. ⁊ ob hoc ſolen-
nior deb3 eſſe: iõ eccl'ia feſtũ de paſſiõe ad illõ tempꝰ trãſtulit. in q̄ in am
pliori reuerentia habeatur. ¶ Tranſlatio aũt eius vt ait aug. hoc mõ
fuit. Nam alexãder ſenator cõſtantinopolitanꝰ hierl'm cum vxore ſua
adiit: et ꝓthomartiri ſtephão pulcerrimũ oratoriũ cõſtruxit: ac poſt eiꝰ
obitũ iuxta eiꝰ corpus ſe ſepeliri fecit. Euolutis g̃ ſeptẽ ãnis. iuliana eiꝰ
vxor in patriã ſuã volẽs redire. vtpote q̄ a p̄ncipibꝰ iniuriã patiebatur
corpus viri voluit deferre. Qḋ cũ ab epõ multis precibꝰ poſtulaſſꝫ: epõs
duos loculos argenteos ꝓtulit dicens. Non noui q̄s ſit ex his loculis
viri tui. Et illa. Ego noui. Et impetũ faciens amplexata eſt corpꝰ ſan
cti ſtephani. Sic ergo dum corpꝰ viri putat accipe. caſu corpꝰ protho
martiris accepit. Cum aũt nauim cũ corpe cõſcendiſſet. hymni audiũtur
angelici: odor effragrat. clamãt demões. ſeuã ſuſcitãt tempeſtatẽ dicẽ
tes. Ve nob: quia ꝓthomartir ſtephanus trãſit diro nos verberãs igne.
Cum ergo naute naufragiũ formidarent: ſtephanus inuocatur ⁊ conti
nuo apparuit dicens. Ego ſũ nolite timere. Statimq; tranquillitas ma
gna ſubſecuta eſt. Tũc audite ſunt voces demõum clamãtiũ. Impie p̄n
ceps nauem accende: quia aduerſariꝰ nr̄ ſtephanꝰ eſt in ea. Tunc p̄nceps
demõum. v. demões q̄ nauem incenderẽt miſit. Sed angelꝰ dñi in pro
fundũ eos dimerſit. Et cum calcedonem veniſſent. demones clamabãt

Seruꝰ dei venit:qui ab iniq̄s lapidatꝰ eſt iudeis Cōſtātinopolim igitur
incolumes puenerūt.et in quadā eccleſia corpꝰ ſancti ſtephani cum mag
na reuerentia cōdiderūt. Hec aug. Coniūctio āt corpis ſancti ſtepha
ni cum corpe ſancti laurentii h̄ ordine facta fuit. Cōtigit eñ eudoxiam
filiam theodoſii impatoris a demone grauiter cruciari. Qḋ cum patri
ſuo cōſtantinopoli cōſtituto intimatū fuiſſet.iubet filiā cōſtantinopoliz
adduci.vt ſacroſancti ꝓthomartiris ſtephani reliquiis tāgeret. Demō
aūt in ea clamabat. Niſi ſtephanꝰ romā veniat non exibo. q̄m az ſic eſt
apl'oꝝ volūtas Qḋ cū impator audiuiſſet.a clero et populo cōſtantino
politano obtinuit vt corpꝰ ſancti ſtephani romanis darent.et ipi beati
laurentii corpꝰ acciperēt. Tunc impator pelagio pape ſup hoc ſcripſit.
Papa vero de cōſilio cardinaliū impatoris petitioni cōſenſit Miſſi igi
tur ꝯſtantinopoli cardinales corpꝰ ſancti ſtephani romā deferūt.⁊ greci
ꝓ accipiēdo corpe ſancti laurentii ꝓſequūtur. Capue igitur corpꝰ ſtepha
ni recipitur.et brachiū eius dextruz a capuanis deuotis p̄cibus obtine
tur.et metropolitana eccl'ia i eius honore fabricatur. Cū autez romam
veniſſent.et i eccleſiā ſancti petri ad vincula corpꝰ deferre vellēt. vecto
res ſubſiſtūt.nec vltra ꝓcedere poſſūt. Demon autē in puella clamabat
Fruſtra laboratis.qꝛ non hic ſed apud fratrē ſuū laurentiuz ſedē elegit.
Illuc igitur corpꝰ defertur.et ad eius tactuz puella a demone liberat.
At laurentiꝰ aduentui fratris ſui q̄ſi cōgratulans et arridens.in alterā
ptem ſepulcri ſeceſſit et medietatē illius vacuā fratri reliq̄t. Greci vero
dum manꝰ apponūt vt laurentiuz ferāt.ad terraz velut exanimes corru
erūt Sed orātibꝰ ꝓ eis papa clero et pp'lo.vix ad ſe ad veſperā redierūt
Omnes tamē infra.x.dies mortui ſunt. Latini etiā q̄ ſibi cōſenſerāt i fre
neſim verſi ſanari nō potuerūt. q̄duſq3 ſanctoꝝ corpa inſimul tumula
ta fuerūt. Tūc vox de celo audita eſt. O felix roma q̄ corpꝰ laurentii hiſ
pani.et ſtephani hieroſolimitani tā glorioſa pignora vno claudis mau
ſoleo Facta eſt aūt iſta cōiūctio.x.kl'.maii circa ānos dñi.cccclxxv ¶ C
Refert aug.in li.xxii.ḋ ci.dei.vi.mortuos ad inuocatōez.ſancti ſtepha
ni ſuſcitatos.videlicz q̄ndā q̄ mortuꝰ ſic iaceret vt ei iam pollices liga
rētur.inuocato ſup eū nōie beati ſtephani cōtinuo ſuſcitatꝰ eſt. Itez q̄n
dā puerū a plauſtro cōtritus. q̄m mater ad eccleſiā ſancti ſtephani ofe
rēs viuū et ſanū recepit. Itē quādā ſanctimonialē q̄ cuz in extremo ſpū
ꝯſtituta ad eccl'az ſancti ſtephani delata fuiſſet.et ibidē expiraſſet. vidē
tibꝰ oībꝰ et ſtupētibꝰ ſanata ſurrexit. Itē quādā puellā apud yponē cuiꝰ
tunicā cum pr̄ ad eccleſiā ſancti ſtephani deportaſſet.eā poſtmodū ſuper
corpꝰ defuncte puelle ꝓiecit. et illa ſtatiz ſurrexit. Itē q̄ndā iuuenē apud
yponez cuiꝰ corpꝰ cum inunctū fuiſſet oleo ſancti ſtephani ſtati ſurrexit
Itē q̄ndā puerū q̄ cū ad eccleſiā ſancti ſtephani mortuꝰ fuiſſz delatus ad
inocatōnē ſcti ſtephāi vite ē ꝓtinꝰ r̄ſtitutꝰ De h̄ martire ſic dicit aug.

Martirē iſtū gamaliel ſtolatus reuelauit: ſaulus ſpoliatꝰ laudauit: chriſtꝰ pānis inuolutꝰ ditauit. et p̄cioſo lapide coronauit. Idē In ſtephano emicuit pulcritudo corꝑis. flos etatis. eloq̄ntia ſ̄mocinantis. ſapientia ſāctiſſime mentis. ⁊ oꝑatio diuinitatis Idez Fortis colūna dei cū inter lapidiferas manꝰ captatorio forcipe teneretur fide fūdabil' igniebat. feriebat et ꝑducebatur. ꝯſtringebatur et angebatur. cedebatur et nō vicebatur. Idez ſup illud. Dura ceruice ⁊c. Hic nō blanditur ſ; inuehitur. nō palpat ſ; ꝓuocat. nō trepidat. ſed inſtigat Idez Attēde ſtephanū cōſeruū tuū. hō erat ſicut et tu. de maſſa peccati erat ſicut et tu. eo p̄cio redemptꝰ q̄ tu Et cū dyaconꝰ erat euangeliū legebat. qđ legis vel audis et tu. Ibi īuenit ſcriptū. Diligite inimicos vr̄os. Didicit legendo. ꝑfecit obediendo

¶ CVIII

## ¶ De ſancto dominico

Dominicꝰ dicitur q̄ſi dn̄i cuſtos vel a dn̄o cuſtoditus. vel dicit̄ dominicꝰ quantū ad ethimologiā huiꝰ nomis qđ eſt dn̄s. Dicitur aūt cuſtos dn̄i tribꝰ modis ſcz cuſtos honoris dn̄i q̄ ad deū. cuſtos vinee dn̄i vel gregis dn̄i quo ad ꝓximū. cuſtos volūtatiſ dn̄i ſiue p̄ceptoꝝ dn̄i quo ad ſeipm̄ Sc̄do dicit̄ dominicꝰ q̄ſi a dn̄o cuſtoditꝰ Dominꝰ em̄ cuſtodiuit ipm̄ quantū ad triplicem ſtatū ſuū. in quoꝝ primo fuit laicꝰ. in ſc̄do regularis canonicꝰ. in tercio vir apoſtolicꝰ. Naz in primo euz cuſtodiuit faciendo euz laudabiliter incipe. in ſecūdo feruēter ꝑficere. in tercio ꝑfectōez appꝛhendere: Tercio pōt dici dominicꝰ ꝑ ethimologiā huiꝰ nomis dominꝰ. Dominꝰ nāq3 dicitur q̄ſi donans minas. ł donās minꝰ. vel donans munꝰ. Hic beatꝰ dominicꝰ fuit donans. i. cōdonās minas ꝑ iniuriaꝝ dimiſſionē. donāſ minꝰ ꝑ corꝑiſ maceratōz q2 corꝑi ſuo ſemper minꝰ dabat q̄ꝫ appetebat. donāſ munꝰ per libertatis largitionem. quia non ſolum ſua paupibus tribuit. ſed etiam ſeipſum pluries vendere voluit. ¶ A

Dominicꝰ ordinis p̄dicatoꝝ dux et pater inclitus. et hiſpanie ꝑtibꝰ villa q̄ dicitur calaregia oxonieñ. dyoceſis patre felice. mr̄e vero iohāna nomine ſecūduz carnē originem duxit Cuiꝰ mater ante ipſius ortum vidit in ſomnis ſe catulū geſtantez in vtero. ardentez in ore faculam baiulantem: Qui egreſſus ex vtero totam mundi machinā incendebat. Cuidam etiam matrone que ipſum ex ſacro fonte leuauerat videbatur q̄ꝫ puer dominicꝰ ſtellam p̄fulgidam haberet in frōte que totū orbem illuſtrabat Dum adhuc eſſet puerulus et ſub nutricis cuſtodia conſtitutꝰ. deꝓhenſus eſt ſepe lectū dimittere. et ſup nudam humū iacere. Miſſꝰ tandez palentiā ad ſtudiū amore ſapientie addiſcende vinū ꝑ decenniū non guſtauit. Ubi cum fames valida eſſ3. libros cū omni ſuppellectili vendidit. et p̄ciuz eoꝝ paupibus erogauit Creſcente iam

et⁹ fama. ab epõ oxoniñ. ĩ ſua eccl'ia canonic⁹ regularis efficitur. et poſt
modũ fact⁹ oĩb⁹ vite ſpeculũ a ɔcanonicis ſupprior ordiatur. Ipſe aũt
die ac nocte lectioni ⁊ oratõi vacabat. aſſidue deũ exorãs vt ſibi hanc
grãm ĩfundere dignaretur qua ſe totũ aliqñ ſaluti poſſet impendere pxi
mor. In libro quoqȝ de collationib⁹ patrũ ſtudioſiſſime legẽs magnũ p
fectõis cumulũ apphendit. Pergẽs aũt cum pdicto epõ tholoſã. depbẽ
dit hoſpitẽ ſuũ heretica prauitate corruptũ. Quẽ ad fidẽ cõuertit. et q̃
ſi qndã primiciarũ manipulũ future meſſis dñõ pſentauit. Legitur ĩ ge
ſtis comitis mõtis fortis q cũ beat⁹ dominic⁹ qdã vice aduerſus here
ticos pdicaſſet. autoritates q̃s in mediũ pduxerat redegit in ſcriptis. ⁊
cuidã heretico cedulã illã tradidit. vt ſup obiectis deliberare deberet.
Illa aũt nocte ad ignẽ hereticis ɔgregatis. cedulã quã recepat pduxit
in mediũ. Cui ſocii dixerũt vt in ignẽ illã pijceret. et ſi cõburi ɔtingeret
eorũ fides imo pfidia vera eſſet. Si vero ɔburi ñ poſſz. verã fidẽ romane
eccleſie pdicarent. Quapropter cedula in ignẽ pijcitur. Que cũ aliquan
tulũ morã in igne feciſſet. icõbuſta ab igne ptinus pſiluit. Stupentibus
cũctis. vn⁹ ceteris durior ait. Proiciatur iterũ. et ſic experientia plení⁹
repietur ⁊ plení⁹ expiemur veritatẽ. Proicitur iterũ. ⁊ iterũ pſiluit icõbu
ſta. Iterũ ille dixit. Tercio proiciatur. et tũc ſine dubio rei exitũ cogno
ſcem⁹. Proicit̃ tercio. et iterũ incõbuſta proſiluit et illeſa. Heretici autẽ
in ſua duricia pmanẽtes. diſtrictiſſima inter ſe iuratõe firmauerũt ne h
aliq̃s publicaret. Quidã tñ miles q ibi aderat. et nr̃e fidei aliqntulũ ad
herebat. iſtud miraculũ poſtmodũ publicauit. Factũ eſt aũt h apud mõ
tẽ victorialẽ. Simile qddã dicitur accidiſſe apud fanũ iouiſ ĩdicta ibidẽ
in dieb⁹ illis ɔ̃ hereticos quadã diſputatõe ſolenni ¶ h Ceteris igit̃
ad ppria redeuntib⁹. et epõ oxonieñ. defũcto ſol⁹ ibidẽ ſãct⁹ dominic⁹
cũ paucis remãſit ɔ̃ hereticos cõſtanter verbũ dei ãnunciãs. Irridebãt
aũt eũ aduerſarii veritatis. ſputa lutũ et hmõi vilia proiciẽtes in eũ
et a tergo pro deriſu ſibi paleas alligãtes. Cũ autẽ ſibi ĩteritũ miiarẽ
tur ĩpterritus rñdebat. Nõ ego martirii dign⁹ ſum gloria. nõdũ merui
iſtã mortẽ. Quapropter locũ trãſiens ĩ quo ſibi parate ferebãtur ĩſidie. nõ
ſolũ intrepid⁹ verũ etiã cãtãs et alacer pcedebat. Quo illi admirãtes dixe
rũt illi. Nũqd nõ tu mortis horrore ɔcuteris. Quid actur⁹ eras ſi ɔpre
hẽdiſſem⁹ te. At ille. Rogaſſẽ vos ĩq̃ repẽtiniſ me ſubito pimereris vul
nerib⁹. ſ; paulati et ſucceſſiue mẽbra ſingl'a mutilãtes. deide oſtẽſis corã
oculis meis detrũcatis mẽbrorũ pticulis. ipos etiã oculos eruẽtes ad vl
timũ ſemiuiuũ laceratũqȝ corp⁹ ſic pmittentes ĩ ſuo ſãguine volutari vl
prorſus ad libitũ me necaretis. Cũ qndã repiſſz ppter nimiã quã pati
ebatur inopiã hereticorũ ɔſortiis adheſiſſe. decreuit ſeipz venũdare qua
ten⁹ ex accepto pcio de ſeipſo: et egeſtatis ſimul occaſionẽ pcideret. et ſb
errore venundatum liberaret. Quod et feciſſet. niſi inopie eius diuina

mia aliter prouidiſſꝫ. Alias etiã cum ꝗdã mulier frem ſuũ in ſaraceno-
rũ captiuitate detentũ lamẽtabili ſibi ↄqſtione exponeret. nullumqꝫ ſibi
ad ei⁹ liberatõem fateretur cõſiliũ ſupeſſe. ille intima cõpaſſione cõmo
t⁹ ſeipm pro redẽptione captiui vẽdendũ obtulit. Sed deus ꝗ ipſum ne
ceſſarioreꝫ ad redemptionẽ ſpũalez multoꝝ captiuoꝝ ꝓuiderat nõ per-
miſit. ¶ Hoſpitat⁹ in ptib⁹ tholoſanis apud quaſdã matronas ab here-
ticis ꝑ oſtentatõem religionis deceptaſ. ꝑ totã quadrageſimã vt ſic cla
uũ clauo retũderet in pane ſolũ et aqua frigida cũ adiũcto ſibi ſocio ie-
iunauit. Nocte vero vigilans cũ neceſſitas cogebat. laſſa mẽbra ſup nu
dã tabulã reclinabat. Sicqꝫ factũ eſt vt illas matronas ad agnitõnẽ ve
ritatis ꝑduceret. ¶ Poſt hoc auteꝫ cepit de inſtitutõne ordinis cogitare
cui⁹ officiũ eſſet ꝑ mundũ ꝑdicãdo diſcurrere. et ↄtra hereticos fideꝫ ca
tholicã cõmunire. Cũ igitur in ptib⁹ tholoſanis mãſiſſꝫ ꝑ. x. ãnos a trãſi
tu oxomieñ: epi vſqꝫ ad temp⁹ quo lateranẽſe cõciliũ debuit celebrari. cũ
fulcone tholoſano epo romã ad cõcilium generale adiit. ac a ſũmo põti-
fice innocẽtio ordineꝫ q ꝑdicatoꝝ diceretur et eſſet cõfirmari ſibi ſuiſqꝫ
ſucceſſorib⁹ poſtulauit. Qui cũ aliquãtulũ. ſe difficileꝫ exhiberet. nocte
quadã ideꝫ pontifex videbat in ſomniſ ꝙ lateranenſis eccleſia grauẽ ſubi
to ruinã minaretur. Quõ dũ tremens aſpiceret ex aduerſo vir dei dñicus
occurrebat. humeriſqꝫ ſuis ſuppoſitis totã illaꝫ caſurã fabricaꝫ ſuſten-
tabat. Euigilans aũt et viſionẽ intelligẽs. petitõem viri dei hilariter ac
ceptauit. hortans vt ad fratres ſuos rediẽs regulaꝫ aliquã appbataꝫ ſi
bi eligeret. et ſic ad ipm rediens cõfirmatõem ad libitũ impetraret. Re
greſſ⁹ igitur. verbũ ſummi põtificis fratribus patefecit. Erãt aũt fres
numero circiter. xvi. Qui inuocato ſpũſancto regulã beati auguſtini do
ctoris eximii. ipi pariter et re et noie ꝑdicatores futuri vnanimiter ele-
gerũt quaſdã arctioris qdem vite cõſuetudines. quas ſibi ꝑ formaꝫ cõſti-
tutionũ obſeruãdaſ ſtatuerũt. inſup aſſumẽtes. Veꝝ interea inocentio de
fũcto. et honorio i ſũmuꝫ põtificem ſublimato. cõfirmatõeꝫ ordinis ãno
dñi. M. cc. xvi. a ꝑdicto honorio impetrauit. Dũ igitur rome in eccleſia
ſãcti petri ꝓ dilatatõe ſui ordiſ exoraret: glorioſoſ ꝓncipes apoſtoloꝝ pe
trũ et paulũ ad ſe veniẽtes aſperit. Quoꝝ prim⁹ petr⁹ videlicꝫ baculũ
paulus vero ſibi librum tradere videbãtur. addebantqꝫ dicẽtes. Vade
ꝑdica. qꝛ a deo ad hoc miniſteriũ es elect⁹. Moxqꝫ i momẽto tempis vi
debatur ei ꝙ filios ſuos ꝑ totũ mundũ diſpſos aſpiceret incedentes bi-
nos et binos. Quapropter tholoſaꝫ rediens fres ſuos diſperſit ⁊ quoſdaꝫ
qdeꝫ i hiſpaniã. quoſdã vero pariſi⁹. alios tãdẽ bononiã deſtinauit. ipſe
vero romã reuerſ⁹ eſt. ¶ C. Monach⁹ qdaꝫ ante ordinis ꝑdicatoꝝ inſti
tutõnẽ in extaſi factus. vidit beatã virgineꝫ flexis genib⁹ et iunctis ma
nib⁹ pro hũano genere filiũ deprecãteꝫ. Qui dãs ſepe pie matri repul-
ſam. tandeꝫ inſtante ea ſic ait. Mater mea qd poſſum vel debeo ampli⁹

eis facere. Niſi patriarchas ⁊ ꝓphetas. ⁊ par ſe emendauerūt. Veni
ego ad eos. de īde miſi apl'os. ⁊ me ⁊ illos occiderūt. Miſi martires et
⁊ cōfeſſores ⁊ doctores. nec illis acq̄euerūt. Sed q2 nō eſt fas vt tibi ali-
q̄d denegē3. dabo eis meos p̄dicatores ꝑ quos valeāt illuminari ⁊ mū-
dari. ſinaūt veniā ↄtra illos. Similē3 viſionē3 alius vidit eodē tempe
quo. xii. abbates ciſtercieñ. ordinis tholoſā cōtra hereticos ſunt tranſ-
miſſi. Nā cū filius mr̄i oranti r̄ndiſſet vt ſup̄. dixit mater. Bone fili non
ſm̄ eoꝝ maliciā. ſed ſm̄ tuam miſericordiā agere debes. Tūc filius vic
tꝰ p̄cibꝰ ait. Ad votu3 tuū adhuc cum eis hāc miām faciam. ꝙ p̄dicato
res meos eis mittā. qui eos moneāt et informēt. et ſi ſe nō correxerit. ā-
pliꝰ eis nō parcam. Quidā frater minor q̄ multo tempe ſociꝰ ſancti frā
ciſci extiterat pluribꝰ fratribꝰ de ordine p̄dicatoꝝ narrauit. cum beatꝰ
dñicꝰ rome ꝓ cōfirmatione ſui ordinis apud papa3 inſtaret. nocte orans
vidit in ſpū chriſtu3 in aere exiſtentē. et tres lanceas in manu tenentem.
et cōtra mundū eas vibrantē. Cui velociter mr̄ occurrēs q̄d nam vellet
facere inq̄ſiuit. Et ille. Ecce totꝰ mūdus tribꝰ viciis plenus eſt. ſc3 ſup-
bia. cōcupiſcētia. ⁊ auaricia. ⁊ ido hiſ tribꝰ lāceis ipm̄ volo ꝑimere. Tūc
virgo ad eiꝰ genua ꝓcidens ait. Fili cariſſime miſerere et tuā iuſticiam
mīa tempato. Cui chriſtꝰ. Nōne vides quāte michi iniurie irrogantur.
Cui illa. Tempa fili furore3. et pauliſꝑ expecta. Habeo eñ fidelem ſer
uū et pugilē ſtrenuū. qui vbiq3 diſcurrens mūdum expugnabit. ⁊ tuo do
minio ſubiugabit. Aliū quoq3 ſuū in adiutoriū ſibi dabo. q̄ ſecum fide
tenderet grās eius meritis egerunt: et q̄ cum ſecū gratis veherent pro
miſerūt. Cum igitur arelatē veniſſet: et biennio cū ſācto ceſario eiuſdem
ciuitatis epō manſiſſet. et ibidē q̄ndā triennio febricitantē curaſſet. here
mum cupiens clam diſceſſit. et cū veredonio heremita ſanctitate conſpi
cuo diu manſit: vbi ſterilitatē terre ſuis meritis fugauit. Sed dum vbiqꝫ
miracul' choruſcaret. humane laudis timens periculū relicto eo interiorē
heremū penetrauit. vbi quoddā antrum et q̄ndā fonticulū reperiens. q̄n
dam nichilominꝰ diuinitꝰ ceruā p̄paratā ibidem habuit in nutricē que
certis horis lactis alimoniā ſibi p̄bebat. Sed cum ibidem regis pueri
venarentur. p̄dictā videntes ceruā ceteris veris cōtemptis hāc cū cani
bus inſequūtur. A quibꝰ dum vehementer vrgeretur ad pedes ſui ꝯfugit
alūni. Ille vero admirās cur preter ſolitū ſic mugiret. exiens et venato
res audiens dn̄m exorauit: vt quā ſibi tribuerat nutricem ſuaret. Canū
aūt nullꝰ infra lapidis iactū ſibi appropinq̄re auſus ē: ſed cū nimio vlula
tu ad venatores reuertebāt. Nocte igitur ſupueniēte: domū redeunt: et
ſeq̄nti die illuc reuertentes caſſo labore domū iterū redierūt. Quod dū rex
audiſſet. rem vt erat ſuſpicatꝰ. cū epō et multitudine venatorū illuc p̄pe
rauit. Sed cū canes vt priꝰ accedere nō p̄ſumerent: ſed oīes vlulando
redirent. locū veprium denſitate inacceſſibilē in girū circūdederūt. Vnꝰ
autē incaute ſagittā dirigens: vt inde ceruā expelleret. viro dei p̄ cerua
orāti graue vulnꝰ inflixit. Sed milites ſemitā ferro aperientes ad ipſius
deuenerūt ſpeluncā. Et videntes ſenē habitu monachali veſtitū. canicie
autem et etate venerabilē. ceruā quoqꝫ ad eiꝰ genua p̄uolutā ſolus epꝯ
et rex eum pedites adierūt. ceteris retro ſtare iuſſis. Et interrogauerūt eū
quis eſſet: vel vnde veniſſet. aut cur tam denſā heremi vaſtitatē petiſſet
ſeu quis eum vulnerare tam grauiter preſumpſiſſet. Quibꝰ cū ad ſingl'a
r̄ndiſſet. et illi ab eo humil'r veniā poſtulaſſent. medicos ſanando vulneri
ſpoponderūt. et multa donaria obtulerūt. Sed ipe nec medicinā adhibere
voluit: et munera contemnens ad ipſa etiā nō reſpexit. q̄n potius ſciens
virtutē in infirmitate perfici. dn̄m exorauit. ne q̄diu viueret ſanitati pri
ſtine redderetur. Sed cum rex eū freq̄nter viſitaret. et pabulum ſalutis
ab eo reciperet. immēſas diuitias obtulit: ſed eas ille recipe recuſauit. ad
monēs vt inde monaſteriū ꝯſtrueret. vbi monaſtici ordinis diſciplina vi
geret. Quod cum rex feciſſet: victus egidiꝰ lacrimis et precibus regis pꝰq̄
plimū renuiſſet: illius monaſterii curā ſuſcepit. C Huius ſancti fa
mam rex karolus vt audiuit eius impetrato aduentu reuerenter eum ſu
ſcepit. Inter cetera ſalutis colloquia rex eum rogauit: vt p̄ eo dignaret̄
orare: q2 quoddā facinꝰ enorme cōmiſerat: qd̄ nulli vnq̄ nec ipſo ſancto
confiteri auderet. Sequenti igitur dn̄ica dum egidius celebrans pro re
ge orarē. angelus dn̄i eidem apparens: cedulā ſuper altare poſuit in qua

ſcriptū erat ꝑ ordinē. ⁊ regis peccatū. ⁊ egidii ꝓcibus dimiſſum. ſi tn̄ penitens ⁊ ꝯfitens ab illo deinceps abſtineret. Adiunctūqȝ erat in fine ut quiſqȝ ſcēm egidiū pro quocūqȝ cōmiſſo inuocaret ſi tn̄ ab illo deſiſteret eius meritis ſibi remiſſuz n̄ dubitaret. Oblata igitur regi cedula peccato ſuo rex agnito veniā humil'r poſtulauit. Egidiꝰ aūt cū honore rediens apud neumaſenſem vrbem filiū prīcipis q̄ tūc obierat ſuſcitauit. Poſt aliquātulū vero tp̄s ꝓnuncians mōaſteriū ſuū nō longe ab hoſtibꝰ euertendū. romā adiit. ⁊ puil'm eccl'ie ſue. duoqȝ hoſtia cipreſſina in qbꝰ ſculpte erant imagines apl'orū a papa impetrās dimittenſqȝ ea in tiberim: diuio regimini ꝯmendauit: et ad monaſteriū rediens: cuidā ꝯcto apud tiberonem greſſum reſtituit. Cūqȝ ad monaſteriū rediſſet: ꝑdicta hoſtia in portu inuenit. ⁊ grās agens deo q̄ inter tot maris pericula illeſa huaſſet. ea in liminibꝰ eccl'ie ſue ad decus eccl'ie et monimentū pacti romane ſedis erexit. Tandē dn̄s diem ſui obitus imminere ſibi p ſpūm reuelauit. Q̄d ille fratribꝰ indicās ⁊ p ſe orare ſuadēs: in dn̄o feliciter obdormiuit. vbi choros angelorū eius animā in celū ferentiū plīmi ſe audiſſe teſtati ſunt. Claruit circa annū dn̄i. dcc

CXXVI.

## De natiuitate glorioſe virginis marie

Natiuitas gl'ioſe virginis marie ex tribu iuda et regia ſtirpe dauid duxit originē. Mattheus aūt ⁊ lucas nō generatōez marie: ſed ioſeph deſcripſerunt qui tn̄ a ꝯceptōe xp̄i penitꝰ alienꝰ fuit: q2 ꝯſuetudo ſcripture dr̄ fuiſſe. vt non mulierū: ſed virorū generatōis ſeries texeretur. Veriſſime tn̄ virgo btā ex ꝓgenie dauid deſcēdit. Qd̄ precipue patz ex hoc. Qm̄ vt ſepe ſcriptura teſtatur xp̄s de ſemine dauid duxit originē. Cū igitur xp̄s de ſola virgine natus ſit: manifeſtū eſt ⁊ ip̄am virginem ex dauid natam eſſe. et hoc ex cathena nathan. Dauid em̄ inter ceteros habuit duos filios. ſcȝ nathan ⁊ ſalomonē. Ex cathena igitur nathan filii dauid. vt teſtatur iohannes damaſcenꝰ. leui genuit melchi ⁊ panther. panther genuit barpāther. barpanther genuit ioachim. ioachim virginem mariā. Ex cathena aūt ſalomonis mathan habuit vxorem ex qua genuit iacob. Defuncto aūt mathan melchi ex tribu nathan: qui filiꝰ quidem leui: frater aūt pantheris. nupſit vxori mathan matri autē iacob et genuit ex ea hely. Facti ſunt aūt frēs vterini iacob ⁊ heli. Iacob q̄dem ex tribu ſalomonis. hely ex tribu nathan. Defunctus eſt autem heli ex tribu nathan ſine liberis. et accepit iacob frater eius qui ex tribu ſalomonis vxorē eiꝰ: ⁊ ſuſcitauit ſemen fratris ſui: et genuit ioſeph. Ioſeph igitur natura eſt filius iacob ex deſcenſione ſalomonis. ſm̄ legem autem hely qui ex nathan. Nam filius qui naſcebatur: ſm̄ naturā erat quidem generantis: ſm̄ autem legē defuncti. Hec damaſcenꝰ. ¶ Sicut aūt in eccl'iaſtica hiſtoria dicitur et

Beda in ſua cronica teſtatur: cũ oĩs generatões hebreoꝝ ⁊ alienigena
rum in archiuis tẽpli ſecretõrib⁹ ſuarent. herodes oĩes iuſſit incendi:
exiſtimãs ſe nobilem poſſe videri ſi deficientibus ꝓbaõñis ꝓgenies ſua
ad iſrl̃ ꝑtinere crederetur. Fuerũt tñ q̃dã dicti dñici ſic dicti ob ꝓpinq̃ta
tem xp̃i q̃ ⁊ nazarei fuerẽt: q̃ ordinẽ generatõis xp̄i ꝑtim vt a pauis didi
cerãt. ꝑtim vt a q̃buſdã libris hũerunt quos domi hẽbant q̃ntũ poterãt
ꝑdocebãt ¶ Ioachim aũt accepit vxorẽ noĩe annã: q̃ habuit ſororẽ
noĩe hiſmeriã. Hec aũt hiſmeria genuit elizabeth et eliud. elizabeth io
hannẽ baptiſtã. De eliud natus eſt eminen. de eminen natus eſt ſanct⁹
ſeruaci⁹: cui⁹ corp⁹ eſt in opido traiecti ſup fluuium moſan in eꝑatu leo
dienſi. Anna autẽ tres viros habuiſſe dr̃. ſ. ioachĩ. cleophaz. et ſalome.
De primo aũt viro. ſ. ioachim vnã filiã ſcȝ mariã mrẽm dñi genuit: quã
ioſeph nuptui dedit: que xp̄m dñm genuit et peperit. Mortuo ioachim
accepit cleophã fratrẽ ioſeph: ⁊ genuit ex eo aliam filiam quã ſil'r mari
am vocauit: ⁊ alpheo poſtmodũ in coniugem ſociauit. Hec aũt maria ex
alpheo viro ſuo quattuor filios genuit. ſcȝ. iacobũ minorẽ. ioſeph iuſtum
qui et barſabas. ſimonem. et iudam. Mortuo ſecundo viro anne: terciũ
cepit nomine ſalome. ex quo aliam filiam genuit quam rurſus mariam
vocauit. et zebedeo in coniugem tradidit. Hec aũt maria ex zebedeo vi
ro ſuo duos filios genuit. ſ. iacobuȝ maiorem et iohannem euangeliſtã.
Unde et de hoc extant verſus. Anna ſolet dici tres concepiſſe marias
Quas genuere viri. ioachim. cleophas. ſalomeq̄ȝ. Has duxere viri. io
ſeph alpheus. zebedeus. Prima parit chriſtum. iacobũ ſecunda minorẽ
Et ioſeph iuſtum. peperit cum ſimone iudam. Tercia maiorem iacobũ
volucremq̄ȝ iohannem. ¶ Sed mirum videtur q̃uo beata maria potuit
eſſe cognata elizabeth: vt ſuperius dictum eſt. Cõſtat enim elizabeth vx
orem fuiſſe zacharie: qui erat de tribu leui. et ſm legem quilibet de ſua
tribu ⁊ familia ducere debebat vxorem. ⁊ ipſam de filiabus aaron lucas
fuiſſe teſtatur. Anna aũt fuit ſm hieronimũ de bethleem que erat d' tri
bu iuda. Sed ſciendum ꝙ ipſe aaron ⁊ ioiada ſummus ſacerdos ambo
de tribu iuda duxerunt vxores. Unde tribus ſacerdotalis et regalis co
gnatõne ſemper ad inuicem probantur fuiſſe coniuncte. Potuit autem
vt dicit Beda huiuſmodi coniunctio recentiori tempore fieri datis nup
tui feminis de tribu in tribum vt manifeſte beataȝ mariam que ex tribu
regia deſcendit cum tribu ſacerdotali cognatõnem generis habuiſſe
conſtaret. Et ita beata Maria de vtraq̄ȝ tribu erat. Uoluit enim do
minus vt hee tribus priuilegiate propter myſterium ad inuicem miſce
rentur: quia de eis dominus naſciturus erat: qui vere rex et ſacerdos
pro nobis ſeipſum offerret. Et fideles ſuos in milicia huius vite pug
nantes regeret: et poſt victoriam coronaret. Quod etiã ex nomine chri
ſti. id eſt. iuncti innuitur: quia ſoli ſacerdotes ⁊ reges ⁊ prophete ĩ lege

veteri vngebantur. Unde ⁊ nos a xpo xpiani dicimur: ⁊ genus electum
⁊ regale ſacerdotiuz appellamur. Sed ⁊ qd dicebať ꝙ mulieres tm̃ ſue
tribus hoibus iungerentur dictũ fuiſſe conſtat: ne diſtributio ſortiũ con
funderetur: qa vero leuitica tribus ſortem inter ceteras non habebat.
mulieres de illa tribu nubere poterant cui volebant ¶ C Hiſtoriã
autẽ natiuitatis beate marie virginis beatus hieronimꝰ: vt in prologo
refert adoleſcentulus in quodam libello legit. Sed poſt multum tempo
ris vt ſe ibidem legiſſe recoluit: primo rogatus tranſcripſit. Joachim
nanqz ex galilea ⁊ ciuitate nazareth: ſanctã annam ex bethleem duxit
vxorem. Ambo aũt iuſti erant: ⁊ ambo ſine rephenſione in omnibꝰ man
datis dñi incedebant. omnẽqz ſuã ſubſtantiã tripharie diuidebãt. Unaz
partem templo et templi ſeruitoribꝰ impendebant. Aliam peregrinis ⁊
pauperibus erogabant. Terciam ſibi ⁊ familie ſue vſibus reſeruabant
Et ita per annos viginti prolem ex coniugio non habentes. vouerunt
dño: ꝙ ſi eis ſobolem concederet: eam ſeruitio dñi manciparent. Cuius
rei gr̃a cum ſingulis annis in tribus feſtis ꝑcipuis hieruſalem frequen
tarent. in feſto enceniorꝫ ioachim cum contribulibꝰ ſuis hieruſalem aſcẽ
dit. et cum ceteris ad altare accedens oblatõem ſuam offerre voluit
Quem videns ſacerdos: cum indignatõne nimia repulit. Et cur ad alta
re dei accedere ꝑſumeret increpauit: aſſerens non eſſe cõueniens maledi
cto legis obnoxium oblatõnem dño legis offerre: nec inter fecundos in
fecundum: ⁊ qui populuz dei non auxit aſtare. Joachim igitur ſic confu
ſum ſe videns pre pudore domum redire noluit: ne ſimiliter a contribuli
bus ſuis qui hoc audierãt tantum opprobrium ſuſtineret. Secedens igi
tur ad paſtores ſuos cum ibi aliquãdiu fuiſſet. quadam die ei ſoli ange
lus cum magna claritate apparuit: et de eius viſione turbatũ ne timerẽ
admonuit: dicens. Ego ſum angelus dñi miſſus ad te: vt annunciez tibi
preces tuas exauditas eſſe: et elemoſinas tuas in conſpectu dñi aſcendiſ
ſe. Uidi eniz pudorem tuuz. ⁊ audiui ſterilitatis opprobriũ non recte tibi
obiectum. Peccati quippe non nature vltor eſt deus. Et ideo cum alicuꝰ
ius vterum claudit: ad hoc facit: vt mirabilius denuo aperiat. ⁊ non libi
dinis eſſe quod naſcitur: ſed diuine fore muneris cognoſcatur. Prima
gentis veſtre mater ſara nonne vſqz ad nonageſimũ annum ſterilitatis
opprobriũ pertulit: et tamen yſaac cui repromiſſa erat omniũ gentiuz be
nedictio generauit. Rachel etiã nonne diu ſterilis fuit. ⁊ tamen ioſeph
genuit qui totius egipti dñium habuit. Quis fortior ſamſone. vl' ſancti
or ſamuele. et tamen hi ambo matres ſteriles habuere. Ratõe igitur et
exemplis crede dilatos diu conceptus ⁊ ſteriles partus mirabiliores eẽ
ſolere. Proinde anna vxor tua pariet tibi filiam. Et vocabis nomen eiꝰ
mariaz. Hec vt vouiſtis erit ab infantia dño conſecrata. ⁊ adhuc ex vte
ro matris ſue ſpirituſancto plena. nec foriſecus inter populares: ſed in

templo dñi ſemꝑ morabitur: ne quid ſiniſtrum de ea aliquis ſuſpicetur. Et ſicut ipſa ex ſterili mr̄e naſcetur: ita mirabilr̄ ex ea altiſſimi filius generabitur: cuiꝰ nomen erit iheſus: ꝛ ꝑ eū oībꝰ gentibꝰ erit ſalus. Et hoc tibi ſignū. Cū ꝑueneris hieroſolimis ad aureā portā. annā vxorē tuam obuiā habebis: q̄ de tua tardatōe modo ſolicita. tunc in ꝯſpectu tuo gaudebit. His dictis angelꝰ ab eo diſceſſit. Anna autē cum amare fleret: et quonā vir ſuus iuiſſet ignoraret. idem angelus eidem apparuit: ꝛ ſibi eadem q̄ viro annūciauerat patefecit. addens vt ꝓ ſigno hierl'm ad aureā portā pergeret: et ibidem viro ſuo redeūti obuiaret. Igitur iux̄ āgeli ꝓceptū ambo ſibiinuicem obuiātes: de mutua viſione letati. ꝛ de prole promiſſa ſecuri. adorato dn̄o domū redierūt. diuinū ꝓmiſſū hilariter expectātes. Anna igitur ꝯcepit: ꝛ filiā peperit: ꝛ nomen eius mariā vocauit. Cōpleto igitur ꝑ triennium ablactatōnis tp̄e. ad templū dñi virginē cū oblatōnibꝰ adduxerunt. Erāt aūt circa templū iux̄. xv. graduū pſalmos. xv. aſcenſionis gradus. Nam qꝛ templū in monte erat cōſtitutū. altare olocauſti qđ forinſecꝰ erat adiri niſi per gradus non poterat. In hoꝝ itaqꝫ nouiſſimo virgo conſtituta. cunctos ſine alicuiꝰ adiutorio ita conſcendit ac ſi iam etatis perfecte eſſet. Perfecta igitur oblatōne: filiā cum aliis virginibꝰ in templo dimittentes: ad ꝓpria redierūt. Virgo aūt quotidie in oī ſanctitate ꝓficiēs: ꝛ ab angel' quotidie viſitabat: ꝛ viſione diuina q̄tidie fruebatur. Ait enī hiero. in quadā ep̄la ad cromaciū ꝛ heliodoꝝ ꝙ btā virgo hāc regulā ſibi ſtatuerat. vt a mane vſqꝫ ad terciā orōnibꝰ inſiſteret. a tercia vſqꝫ ad nonā textrino operi vacaret. a nona ab orōnibꝰ nō recedebat quouſqꝫ angelus apparens ſibi eſcā daret. ¶ Quarto autem decimo etatis ſue anno pontifex publice denunciauit: vt virgines q̄ in tēplo inſtruebātur: ꝛ etatis tpꝰ impleſſent: domū reuerterētur. ꝛ viris legitime iungerent: Cuiꝰ mādato cum cetere paruiſſent ſola btā maria virgo h̄ ſe facere nō poſſe rn̄dit. tum qꝛ parentes ſui eā dn̄i ſuicō mācipaſſent. tum qꝛ virginitatē ſuā dn̄o ipa vouiſſet. Tunc anxiatꝰ pontifex eo ꝙ neqꝫ ſm̄ ſcripturā q̄ dicit. Vouete et reddite. votum infringēdum putaret: nec morem genti inſuetum introducere auderet. ad imminentem feſtiuitatem iudeoꝝ ſeniouibꝰ conuocatis. omnium hec vna fuit ſententia: vt in re tam dubia conſiliū dñi q̄reretur. Cum aūt orōni inſiſterent: ꝛ pontifex ad conſulendū dñm acceſſiſſet. mox de loco oratorii cūctis audientibꝰ vox inſonuit: dicens. vt quicūqꝫ de domo dauid nuptiis habiles ꝯiugati nō eſſent. ſinguli virgas ſingulas ad altare deferrēt. et cuiuſcūqꝫ virgula germīaſſet: ꝛ in cacumīe eius: ſm̄ eſaie vaticiniū ſpiritusſanctus in columbe ſpecie cōſediſſet: ipſe ꝓculdubio eſſet cui virgo deſponſari deberet. Erat inter ceteros ioſeph de domo dauid: Cui cum incōgruū videretur ſi vir tam ꝓuecte etatis tam tenerā virginem duceret in vxorem. ceteris virgas ſuas afferētibꝰ ſolus ipe virgā ſuam ſubtrꝫit

Unde cum nil diuine voci conſonum appareret. pontifex iterato dñm cõ
ſulendum putauit. Qui rñdit ꝙ ſolus ille virgã ſuam non attulit: cui vir
go deſponſari deberet. Proditus itaqꝫ ioſeph cũ virgã ſuã attuliſſet: et
ipſa ilico florem germinaſſet: et in eius cacumĩe columba de celo veniẽs
conſediſſet. liquido oib⁹ patuit ipſi virginẽ deſpõſandã fore. Deſponſata
igitur virgine ioſeph ipſe q̃deꝫ in ſuã ciuitatẽ bethleẽ receſſit domũ ſuã
diſpoſitur⁹: et nuptiis neceſſaria ꝓuiſur⁹. Uirgo aũt maria cũ. vii. virgi
nibus coeuis et collactaneis ſuis quas ob oſtenſionẽ miraculi a ſacerdo
te acceperat ad domũ parentũ in nazareth reuerſa eſt. In diebus aũt illis
angelus gabriel ei oranti apparuit: et de ea naſcituꝝ dei filiuꝫ nũciauit
¶ Dies aũt natiuitatis virginis aliq̃nto tp̃e fideles latuit. Contigit
igitur: ſicut refert iohannes beleth: vt q̃dã vir ſcũs ſedule ꝯtemplatõni
inſiſtens ſingulis annis. vi. ydus ſeptembris in orõne poſit⁹ iocundiſſi
mam angeloꝝ ſocietatẽ ſolenniſantẽ audiret. Cũqꝫ deuotiſſime ſibi reue
lari peteret cur quolibet anno illo tm̃ die ⁊ nõ alio hoc audiret. diuinum
accepit reſpõſum: ꝙ virgo gl'ioſa maria tali die fuerit mundo nata. ⁊ iõ
hoc manifeſtaret filiis ſancte eccl'ie: vt cõcordes fierent in hac celebrita
te celeſti curie. Cum aũt hoc ſummo pontifici ⁊ aliis intimaſſet: ⁊ illi ora
tionib⁹ ⁊ ieiuniis. ſcripturis ⁊ antiq̃tatũ teſtioniis veritatẽ comperiſſent.
hunc diem in honore natiuitatis virginis celebrandũ vniuerſal'r ſtatue
runt. ¶ Octaua aũt natiuitatis beate marie olim nõ celebrabatur: ſed
dñs innocenti⁹ q̃rt⁹ natõe ianuenſ ipſam inſtituit celebrandã: Cui⁹ hec
cã fuit. Gregorio eni nono p morte ſublato de medio: romani oẽs cardi
nales in quodã conclaui incluſerũt: vt citi⁹ eccl'ie ꝓuideretur. Sed cum p
pl'es dies cõcordare nõ potuiſſent. ⁊ ipſi a romanis multas moleſtias ſu
ſtinuiſſent: vouerũt regine celi ꝙ ſi eius meritis cõcordarent: ⁊ liberi abi
re poſſent. octauas ſue natiuitatis diu neglectas de cetero ſtatuerent ce
lebrandas. Sicqꝫ in dñm celeſtinũ cõuenerũt: et liberati p dñm innocenti
um votum adimpleuerũt. Celeſtin⁹ eni modico tp̃e ſuperuixit: ⁊ iõ p eũ iple
ri nõ potuit. ¶ Et nota ꝙ tres natiuitates eccl'ia ſolennizat. ſ. natiuita
tem xp̃i. marie. ⁊ iohannis bap. Que tres deſignãt tres ſpũales natiuita
tes. Cum iohanne nanqꝫ in aqua. cum maria in penitẽtia. cũ xp̃o renaſci
mur in gl'ia. Cũ igitur natiuitatẽ baptiſmi in adultis oporteat ꝓcedere
contritõem ⁊ gl'ie ſil'r. iõ ille due merito vigilias hñt. Sed cũ penitentia
tota ſit p vigilia nõ oportuit: vt vigiliam hẽet. Octauas vero oẽs hñt.
q² oẽs ad octauã reſurrectõis anhelãt ¶ Miles q̃daꝫ valde ſtre
nuus: ⁊ beate marie valde deuot⁹ ad torneamentũ vadens. primo quod
dam monaſteriũ ad honorẽ beate marie cõſtructũ in itinere repꝑtũ miſſaꝫ
auditurus intrauit. Cũ aũt miſſa miſſe ſuccederet. ⁊ ille ob honorem vir
ginis nullam pretermittere vellet. tandem monaſteriũ exiens ad locum
concitus ꝓperabat. Et ecce redeuntes eiũ occurrerũt: ⁊ ipm ſtrenuiſſime

militaſſe referunt. Qđ dū omnes q̄ aderāt aſſererent. ⁊ vniuerſi eū ſtre
nuiſſime militaſſe vnanimiter acclamarēt. necnō ⁊ q̄dam qui ſe ab eo ca
ptos dicebāt ſe eidē offerrent. ꝑpendens vir diſcretꝰ vrbanā reginā vr
bano modo ſe honoraſſe. quid acciderit manifeſtauit. ⁊ ad monaſteriuꝫ
rediens filio virginis decetero militauit. Epiſcopus quidā qui beatā
mariā in ſumma reuerentia ⁊ deuotōne habebat. q̄ndam eccl'iam beate
marie in nocte media ex deuotōe adibat. Et ecce virgo virginū comita
ta vniuerſo virginū choro venienti viro occurrit. et cuꝫ ſummo honore
ſuſceptum ad eccl'iam ad quā tendebat ducere cepit. p̄cinentibꝰ duabuſ
de choro puellis atqꝫ dicentibꝰ. Cantemus domino ſocie. cantemus ho
norem. Dulcis amor xp̄i reſonet ore pio. Quos verſus totus aliꝰ chorꝰ
virginum reſumendo ꝑcantat. Predicteqꝫ bine cantatrices binos q̄ ſe
quuntur in ordine verſus ſubſecute ſunt. Primus. Ad ima ruit magna
de luce ſuꝑbus. Sic homo cū tumuit p̄mus. ad ima ruit. Sicqꝫ virū dei
cum tali ꝓceſſione vſqꝫ ad eccl'iam ꝑduxerunt. duabus ſemꝑ incipiētibꝰ
⁊ ceteris reſpondentibꝰ. Quedā mulier ſolatō viri ſui deſtituta vnicū
filium habebat quē tenerrime diligebat. Quadam aūt vice filius eiꝰ ab
inimicis capitur. ⁊ in cuſtodia vinculatur. Quod illa audiens incōſola
biliter flebat. ⁊ beatā virginē cui multū deuota erat ꝓ liberatōe filii im
portunis p̄cibus exorabat. Tandē videns ꝙ ſic nihil ꝓficeret. eccl'iaꝫ in
qua erat ſculpta imago beate marie ſola intrauit. ⁊ corā imagine ſtans
ipſam ſic alloquit̄ dicenſ. Virgo beata ꝓ liberatōe filii mei te ſepe roga
ui. ⁊ adhuc nequaq̄ꝫ matri miſere ſubueniſti. Patrocinīū tuum pro filio
meo imploro. ⁊ nullum adhuc ſentō fructū. Igitur ſicut filiꝰ meus mihi
ablatus eſt. ſic et ego filium tuū tibi auferā. ⁊ obſidē ꝓ filio meo in cuſto
diam ponā. Et hec dicens ꝓpius acceſſit ⁊ imaginē pueri quā virgo in
gremio baiulabat auferens domū abiit. Accipienſqꝫ imaginē pueri ip
ſam in lintheo mūdiſſimo inuoluit. et in archa recōdens ipſam cuꝫ claue
diligentius obfirmauit. bonū obſidē ꝓ filio ſuo habere gaudens. et ipm
diligenter cuſtodiens. Et ecce ſequēti nocte beata virgo iuueni appar
uit. ⁊ ianuā carceris apiens inde vt exeat p̄cepit. eiqꝫ dixit. Matri tue fi
li dices. vt meū mihi reddat filiū. ex quo reddidi ſibi ſuū. Qui exiens ad
matrem venit. ⁊ qualiter beata virgo eū liberauerit enarrauit. Illa aūt
plurimū exultans imaginē pueri accepit. et ad eccl'iaꝫ vadens beate ma
rie reddidit dicēs. Gratias vobis dn̄a refero. quia mihi meū vnicū filiū
reddidiſtis. ⁊ nunc vobis filiū veſtꝝ reddo. qꝛ meū me recepiſſe ꝓfiteor.
Erat q̄dam fur q̄ ſepe latrocinia exercebat. ſꝫ beatā mariaꝫ pluri
mum in deuotōe habebat ⁊ eā crebrius ſalutabat. Quadā igit̄ vice fur
tim quedā rapiens capitur. ⁊ ſuſpendio adiudicatur. Cum aūt ſuſpende
retur cōtinuo beata virgo ei affuit. ⁊ ſuſpenſum tribus diebꝰ vt ſibi vi
debatur ſuis manibꝰ ſuſtentauit. ita ꝙ nullā leſionē ꝑſenſit. Illi vero q̄

cum ſuſpenderūt. caſu inde tranſeūtes eum viuentē ⁊ vultu hilari repe
rerunt. ⁊ arbitrātes ꝙ nō bene fuiſſet laqueo aſtrict⁹ gladio ipm̄ iugu
lare volebant. Sȝ beata maria ferientiū gladio manū opponebat. ⁊ illi
ſibi nil nocere poterant. Cognoſcētes ergo illo referente ꝙ beata ma
ria ſic eum iuuabat. mirātes eum depoſuerūt. et amore virginis abire li
berum dimiſerunt. Qui abiens monaſteriū intrauit ⁊ quo aduixit in ſer
uitio dei genitricis ꝑmanſit. ¶ Fuit q̄dam clericus q̄ beatā mariaȝ val
de diligens horas eius ſedule decantabat. Cum aūt ꝑentes eius more
rentur. aliū nō habētes heredē. eidē hereditatē dimiſerūt. Cōpulſus eſt
igitur ab amicis vt vxorē acciperet. ⁊ hereditatē ꝓpriā gubernaret. Qua
dam aūt die cū ad celebrādas nuptias tenderet. in itinere q̄ndam eccle
ſiam repit. ⁊ recordat⁹ ſeruicii beate marie in ipam ingrediens horas
eius dicere cepit. Et ecce beata maria eidē apparuit ⁊ quaſi ſeuer⁹ ei
dixit. O ſtulte et infidelis cur me amicā ⁊ ſponſam tuā relinquis. et mi
hi aliam feminā anteponis. Ad hoc ille cōpunctus ad ſocios redit. et
totum diſſimulans celebratis nuptiis media nocte omnibus relictis de
domo aufugit. ⁊ monaſteriū intrans beate marie deuote ſeruiuit. Sa
cerdos cuiuſdā parochie ⁊ honeſte vite nullā miſſam niſi miſſam beate
marie ſciebat. quā in ei⁹ honorē ſedule decātabat. Apud ep̄m igitur ac
cuſatur. ⁊ ab eo citius accerſit. Cum vero coram ep̄o ſe aliā miſſaȝ neſci
re diceret. ep̄s ipm̄ quaſi ſeductorē dure redarguit. et ab officiō cū ſuſpē
dens ne decetero eā miſſam cantare audeat interdixit. Sequenti aūt no
cte beata maria ep̄o apparens eū plurimū increpauit. ⁊ cur ſuū male ſic
tractaſſet famulū requiſiuit. Addidit quoqȝ ꝙ die trigeſima moreretur
niſi ille ad ꝯſuetū officiū reſtitueret. Tremefact⁹ ep̄s p̄ſbiterū accerſi
uit. ⁊ veniā poſtulās vt nullā miſſam p̄ter illā quā ſciebat de beata ma
ria celebrare debeat impauit. Quidā cleric⁹ vanus ⁊ lubric⁹ erat. ſȝ tm̄
dei genitricē plurimū diligebat. ⁊ eius horas ſanctas deuote et alacri
ter decātabat. quadā igitur nocte in viſione vidit ſe an̄ tribunal dei aſta
re. ⁊ dn̄m circūſtantib⁹ dicere. De illo q̄ vos aſpicit quo iudicō dignus
ſit vos ipi decernatis quē tādiu toleraui ⁊ nullū adhuc in eo emendatō
nis ſignū inueni. Tūc dn̄s omnib⁹ approbātibus ſup eū damnatōis tu
lit ſniam. Et ecce virgo beata ſurrexit. ⁊ filio ſuo dixit. Pro iſto pie fili
clementiā tuā rogo vt ſup eū damnatōis ſniam mitiges. Viuat ergo h
ob grām mei. qui ob ꝓpria merita addicit morti. Cui dn̄s. Quis eñ pe
titōnibus cū tribuo ſi vel ſaltē nunc ei⁹ correctōȝ inſpexero. Et cōuerſa
virgo ad hominē dixit. Vade ⁊ amplius noli peccare ne deteri⁹ tibi cō
tingat. Ille igitur excitatus vitā mutauit. et religionē petiit. et ibi i bo
nis opibus vitā finiuit. ¶ H Apud ſiciliam anno dn̄i. dxxxvii. fuit qui
dam vir nomīe theophil⁹ cuiuſdā ep̄i vicedomin⁹. vt ait fulbertus car
notenſis ep̄s. q̄ tam prudenter ſub ep̄o res eccleſiaſticas diſpenſabat. ꝙ

moꝛtuo epo eū dignū epiſcopatu oīs populꝰ acclamabat. At ille vicedo
minatu ꝯtentꝰ aliū in epm maluit oꝛdinari. Tandē ab ipo officio inuite
ab epo depoſitꝰ in tantā impatientiā eſt delapſus. vt ad ſuā recupandā
dignitatē cuiuſdā iudei malefici ꝯſiliū expeteret. Ille igit dyabolū ad
uocauit. ⁊ aduocatꝰ ꝯcitus venit. Theophilꝰ ḡ iuſſu demonis chriſtū et
matrē eiꝰ abnegauit. xpiani pfeſſioni abrenūciauit. ⁊ ipiꝰ abrenūciatō
nis ⁊ abnegatōis cyrographū ſuo ſanguine ꝓꝓrio ſcripſit. ⁊ ſcriptum
anulo ſigillauit. ⁊ ſigillatū demoni tradidit. ⁊ ſic eiꝰ ſeruitō ſe addixit.
In craſtinū igitur ꝓcuratōe demonis theophilꝰ in grām epi recipit. et
in ſui dignitatē officii reſtituitur. Tandē ad ſe reuerſus de eo qđ fece
rat. valde ingemuit. ⁊ ad virginē glōſam vt ſibi in adiutoriū fieret tota
mētis deuotōe cōfugit. Quadā igitur vice beata maria i viſione illi ap
parens de impietate ipm redarguit. ⁊ dyabolo abrenūciare precepit. ac
xpm dei filiū ⁊ omē xpianitatis ꝓpoſitū ꝯfiteri fecit. ⁊ ſic ipm in ſui et
filii grām recupauit. ⁊ ad indiciū indulte venie iterū ſibi apparens cyro
graphū qđ dyabolo dederat ſibi reddidit. ⁊ ſup pectꝰ poſuit. vt iā nō ſe
dyaboli ſeruū timeret. ſ3 p virginē ſe liberū factū gauderet. Quo theo
philus recepto. vehemēter exultās corā epo omīqꝫ populo qđ ſibi acci
derat retulit. ⁊ cūctis admirātibus ⁊ virginē glōſam laudātibꝰ ipe poſt
triduū in pace quieuit. C Quidā vir et vxoꝛ ſua ꝓpe lugdunū circa ānū
dnī. M. c. filiā vnicā habētes. eā cuidā iuueni nuptui tradiderunt. Ob
amoꝛē aūt filie generū ſuū ſecū in domo tenebāt. Mater aūt puelle iuue
nem amoꝛe filie ſue tā diligenter colebat. vt n̄ maioꝛ eſſ3 amoꝛ puelle ad
puerū q̄ ſocrus ad generū. Inter hec malicioſi dicere ceperūt. qꝛ hoc nō fi
lie cā faceret. ſ3 vt eidē p filia ſeſe ingereret. Cū igit mulieris animū tā
ta falſitas cōcuſſiſſet. timens ne in vulgi fabulā verteret. duos ruſticos
alloqt vt ſi occulte generū ſtrāgulare vellēt. cuilibet. xx. ſolidos pollicet
Quadā igitur die eos i cellario recludēs maritū ſuū ex induſtria aliquo
ire cōſuluit. ⁊ filiā alio trāſmiſit. Tūc adoleſcēs iuſſu dñe ſue cellariū vt
vinū afferret ingredit. ⁊ mox a latronibꝰ ſtrāgulatur. Mox ſocrꝰ ipm
in lectū filie detulit. ⁊ q̄ſi doꝛmientē veſtibꝰ circūtexit. Redeūtibꝰ ḡ ma
rito ⁊ filia ⁊ ad mēſam poſitis. iubet mater filie vt maritū debeat exci
tare ⁊ ad menſam vocare. Quē cū defunctū reperiſſ3. ⁊ hoc ꝯcita nūciaſſ3
tota familia in lamentū vertit. At illa mulier homicida q̄ſi dolēs cū cete
ris lamētatur. Tandē mulier de ꝑpetrato ſcelere valde ingemuit. et ſa
cerdoti omīa p oꝛdinē ꝯfeſſa fuit. Poſt aliqđ tps inter mulierem ⁊ ſacer
dotem litigiū oꝛitur ⁊ a ſacerdote ſibi generi homicidiū irrogatur. Qđ
cū ad ꝑentū iuuenis noticiā deueniſſet. adducitur ad iudicē. ⁊ ab eo igni
bus cōcremāda dānatur. Finē ergo ſuū imminere ꝯſiderās. ad beatam
virginem ſe ꝯuertit. ⁊ eius intrās eccleſiā in oꝛatōe cū lacrimis ſe ꝓſtra
uit. Poſt modicū exire cōpellitur. et in magnū ꝓiectā ignem oēs ibidem

ſtare illeſam et incolumē contueantur. At ꝑentes pueri ignem ꝑuuz eſſe
putātes.ad ſarmenta cōcurrunt et in ignem ꝓiciunt. Videntes autem
ꝙ nec ſic in aliquo lederetur.lāceis et haſtis eam impugnare ceperunt.
Tunc iudex q̄ aderat vehementer obſtupuit.⁊ eos ab ipiꝰ impugnatōe
cōpeſcuit. Eam aūt diligēter ꝯſiderās nullū in ea ſignū incendii ꝑter ſo
la vulnera lanceaꝝ inuenit. Cū aūt ꝑentes eius domū eam reduxiſſent.
⁊ eam fomentis et balneis recrearent.nolens eam deus vlterius huma
na ſuſpitōne fedari.poſt triduū in laude virginis ꝑſeuerantē ex hac vi
ta vocauit CXXVII

## De ſancto adriano

Adrianus a maximiano impatore regnāte martirium CA
paſſus eſt. Cū em̄ ꝑdictus maximianꝰ i nichomedia vrbe ydol
immolaret.iuſſu eiꝰ cuncti xp̄ianos ꝑquirētes.alii timore pe
ne.alii amore ꝓmiſſe pecunie.vicini vicinos.propinqui domeſticos ad
ſuppliciū trahebāt. Inter quos.xxxiii.a ꝑquirētibus ꝯphenſi an̄ regem
adducti ſunt. Quibꝰ rex. Non audiſtis qualis pena aduerſus xp̄ianos
poſita ſit. Cui illi. Audiuimꝰ et ſtulticie tue iuſſionē irriſimꝰ. Tunc rex
iratus neruis crudis eos cedi iuſſit.et lapidibꝰ ora eoꝝ cōtundi manda
uit.ac annotata vniuſcuiuſq; ꝯfeſſione.ferro vinctos in carcere recludi
p̄cepit. Quoꝝ adrianꝰ ꝯſtantiā prior officii militaris cōſiderans dixit
eis. Adiuro vos ꝑ deū veſtꝝ vt mihi dicatis.que eſt remuneratō quā
expectatis ꝑ iſta tormēta. Ad h̄ dixerunt ſancti. Oculꝰ nō vidit. nec au
ris audiuit.nec in cor hominis aſcēdit q̄ preꝑauit dn̄s diligentibꝰ ſe ꝑfe
cte. Tunc adrianꝰ in mediū ꝓſiliens ait. Annotate me cū iſtis.q2 ⁊ ego
xp̄ianus ſum. Qd̄ cum impator audiſſet.nolentē ſacrificare vinctū fer
ro in carcerē poſuit. Natalia vero vxor eius audiens virꝝ ſuū incarcera
tum.ſcidit veſtimēta ſua.flens plurimū et eiulans. Sz cū audiſſet.ꝙ ꝓ
pter fidem xp̄i incarceratꝰ fuiſſet.gaudio repleta ad carcerē cucurrit.et
vincula viri ſui ⁊ alioꝝ oſculari cepit. Erat em̄ xp̄iana.ſz ꝓpter perſecu
tionem ſe nō publicauerat. Et dixit ad virꝝ ſuū. Beatus es dn̄e mi adri
ane.q2 inueniſti diuitias q̄s nō dimiſerūt parētes tui.q̄bus egebunt hi
q̄ multa poſſidēt qn̄ nō erit fenerādi tēpus.nec mutuo accipiēdi.dū nul
lus de pena alium liberabit.nec pr̄ filiū.nec mr̄ filiā.nec ſeruꝰ dominū.
nec amicus amicū.nec diuitie poſſeſſorem. Cūq3 eū admonuiſſet vt om
nem gl'am terrenā ꝯtemneret.et amicos et parentes ſperneꝛ.et ſemper
ad celeſtia cor haberet.dixit ad eā adrianus. Vade ſoror mea.tempore
paſſionis nr̄e accerſiā te vt videas finem noſtꝝ. Sicq3 virꝝ ſuū aliis ſan
ctis recōmendans.vt eū ſcʒ cōfortarent.rediit in domū ſuā. CB Poſt
modum audiens adrianꝰ diem paſſionis ſue adeſſe.dās munera cuſtodi
bus et ſanctos q̄ ſecū erant in fideiuſſores.abiit domū vocare nataliam

ſicut ei iuramēto ꝓmiſerat. vt eoꝝ paſſionibus pn̄s eſſet. Quidā aūt euꝫ
videns ꝑcucurrit ⁊ nūciauit natalie dicēs. Abſolut⁹ eſt adrian⁹. et ecce
venit. Qd̄ illa audiēs nō credebat dicens. Et q̇s potuit euꝫ abſoluere a
vinculis. Nō mihi ꝯtingat vt ſoluaꝛ a vincul'. et ſeꝑetur a ſanctis. Dū
h̄ loq̄retur puer domeſtic⁹ venit dicēs. En dn̄s me⁹ dimiſſus eſt. Illa āt
putans ꝙ martiriū refugiſſet. amariſſime flebat. Et cū vidiſſet euꝫ. ſur-
gens veloci⁹ hoſtiū dom⁹ ꝯtra eū clauſit ⁊ dixit. Lōge a me efficiatur. q̇
a deo corruit. Nō mihi ꝯtingat loq̇ ori illi⁹. ꝑ qd̄ dn̄m ſuum abnegauit.
Et cōuerſa ad eū dixit. O tu miſer ſine deo. q̇s te coegit apphendere.
qd̄ nō potuiſti ꝑficere. Quis te ſeparauit a ſanctis. aut q̇s te ſeduxit vt re
cederes a ꝯuentu pacis. Dic mihi cur fugiſti anteq̄ pugna fieret. anteq̄
repugnantē videres. Quō vulnerat⁹ es nōdū emiſſa ſagitta. Et ego mi
rabar ſi ex gente ſine deo ⁊ de genere impioꝝ aliq̇s offeretur deo. Heu
me infelicē ⁊ miſerā. q̇d faciā q̄ ꝯiuncta ſum huic ex genere impiorum.
Nō eſt cōceſſum mihi vt vni⁹ hore ſpacio vocarer vxor martiris. ſꝫ vt
dicerer vxor trāſgreſſoris. Ad modicū q̇dem exultatō mea fuit. ⁊ ecce ꝑ
ſecula opprobriū meū erit. Hec aūt beat⁹ adrianus audiēs vehementer
gaudebat. admirās de femina iuuene pulcerrima ⁊ nobili ⁊ an̄. xiiii. mē
ſes nupta. quō talia loq̇ poſſet. Vn̄ ex hoc ad martiriū ardētior effectus
verba ei⁹ libētiſſime audiebat. Sꝫ cū eam nimis affligi videret. dixit ei.
Aperi mihi dn̄a mea natalia. Nō eīn vt putas martiriū fugi. ſꝫ te vt ꝑ
miſſi vocare veni. Que nō credens ait. Vide quō me ſeducit trāſgreſſor.
quō mētitur alter iudas. Fuge a me miſer meipſam iā interficiā vt ſatie
ris. Et dū moraretꝛ ad apiendū ei dixit. Apri citi⁹ Nā vadā ⁊ vltra non
videbis me ⁊ poſt h̄ lugebis ꝙ me an̄ exitū meū nō videbis. Fideiuſſo-
res dedi ſcōs martires. et ſi miſtri me req̇rentes nō inuenerint. ſuſtine-
bunt ſancti ſimul tormēta ſua ⁊ mea. Hec audiēs natalia apuit. ⁊ ſibuin-
uicem pſtrati ad carcerē ſimul abierūt. Ubi natalia ꝑ. vii. dies ſcōꝝ vl-
cera cū linteis ꝑcioſis extergebat. ¶ Statuta aūt die impator eos
pn̄tari iuſſit. Qui reſoluti penis. qꝛ ambulare nō poterāt velut aīalia
portabātur. Adrian⁹ vero retro vinctis manib⁹ ſeq̄batur. Deinde adri
anus portās ſibi eculeū ceſari pn̄tatur. Natalia vero adiungens ſe ei di
cebat. Vide dn̄e me⁹. ne forte trepides cū tormēta videbis. Modicū q̇
dem nūc patieris. ſꝫ ꝯtinuo cū angel' exultabiſ. Adrian⁹ igiꝛ ſacrificare
nolēs grauiſſime ceſus eſt. Curreſq3 natalia cū gaudio ad ſcōs q̇ erāt ī
carcere ait. Ecce dn̄s me⁹ inchoauit martiriū. Cū aūt rex ne deos ſuos
blaſfemaret moneret ille ait Si ego torq̄or qꝛ eos q̇ nō ſūt dii blaſfemo
q̄liter ipe torq̄beris q̇ veꝝ deū blaſfemas. Cui rex. Hec verba te illi ſe
ductores docuerūt. Ad quē adrian⁹. Quare ſeductores eos dicis q̇ ſūt
doctores vite eterne. Currēs natalia hec reſpōſa viri ſui aliis cuꝫ gau
dio referebat. Tunc rex a q̄ttuor validiſſimiſ viris fecit eū grauiter cedi

Omēs aūt penas ⁊ iterrogatōes ⁊ reſpōſiōes : natalia aliis martirib⁹
q̄ erāt i carcere ꝯtinuo referebat. Jnt͞m āt ceſus eſt. vt ei⁹ viſcera effun
derenť. Tunc ferro vinct⁹ cū aliis martirib⁹ in carcerē recludiť. Erat āt
adrian⁹ iuuenis. delicat⁹ valde. ⁊ decor⁹. ānoꝝ. xxviii. Natalia vero vi
rum ſuū ſupinū iacentē ⁊ totū laceratū ꝯſiderās. mittens manū ſub ver
tice ei⁹ dicebat. Beat⁹ es dn̄e me⁹. qꝛ dign⁹ effectus es de numero eſſe
ſcōꝝ. Beat⁹ es lumē meū. vt patiaris ꝓ eo q̄ ꝓ te paſſus eſt. Perge nūc
dulcis me⁹ vt videas glām ei⁹ Audiēs āt impatoꝛ q̄ mlte matrone ſan
ctis in carcere miſtrarent p̄cepit ne vlteri⁹ ad eos ingredi ꝑmittāť. Qđ
audiens natalia ſeipam tonſorauit. et habitū virilem aſſumens ſanctiſ
in carcere miſtrabat. alias q̄ʒ exemplo ſuo ad h̄ induxit. Rogauitq; vi
rum vt cum eſſʒ in gl'a hāc precē ꝓ ſe faceret. vt ſe intactā cuſtodiens ab
hoc ſeculo citi⁹ euocaret. Audiens aūt rex q̄ matrone feciſſent. iuſſit in
cudeʒ afferri vt fractis ſup eū crurib⁹ ſancti martires interirēt Timēs
aūt natalia ne vir ſu⁹ ex alioꝝ ſuppliciis terreret. rogauit miſtroſ vt ab
eo inciperēt. Abſciſis igiť ab eo pedib⁹. cruribuſq; fractis. rogauit eū
natalia vt manū ſibi abſcidi ꝑmitteret. q̄tinus aliis ſanctis q̄ plura paſ
ſi fuerāt ꝯpar eſſʒ. Quo facto adrian⁹ ſpūm reddidit. Ceteriq; vltro pe
des ꝯtendentes ad dn̄m migrauerūt. Rex āt eoꝝ corpa cremari māda
uit. Natalia vero manū adriani in ſinu ſuo abſcōdit. Cum āt corpa ſan
ctoꝝ in ignem p̄cipitarenť. voluit ⁊ natalia ſe cū eis in ignē p̄cipitare.
Sʒ ſubito vehementiſſim⁹ imber erupit. ⁊ ignē extinguens corpa ſcōꝝ
illeſa ſeruauit. Chriſtiani vero cōſilio inito corpora eoꝝ ꝯſtātinopolim
trāſferri fecerunt. quouſq; pace eccl'ie reddita cum honore referrentur.
Paſſi ſunt āt circa ānū dn̄i. cclxxx. Natalia vero domi remanenſ manū
ſancti adriani ſibi retinuit. quā in ſolatiū vite ſue ſp̄ ad caput lectuli ſui
tenebat. ¶ Poſt hoc aūt tribun⁹ videns nataliā tā pulcrā. tāq; diui
tem et nobilē. de voluntate impatoris honeſtas matronas ad eam miſit
vt in ſuū ꝯiugium cōſentiret. Quib⁹ natalia r̄ndit. Quis mihi preſtare
poterit vt ꝯiunger tali viro. Sʒ peto vt trium dieꝝ mihi denť inducie.
vt me valeā p̄parare. Hoc āt dicebat vt inde fugere poſſʒ. Cuʒ āt dn̄m
exoraret vt ſe intactā cōſeruaret. ſubito obdormiuit. Et ecce vn⁹ marti
rum ei apparuit. ⁊ eā dulciter cōſolans. vt ad locuʒ in q̄ ſunt corpa mar
tirum veniat imperauit. Euigilās igitur. et manum adriani ſolā accipi
ens. cum mltis xp̄ianis nauē aſcendit. Qđ tribun⁹ audiēs. cum multis
militib⁹ eā per nauigiū inſecut⁹ eſt. Exurgens āt vent⁹ cōtrari⁹. multis
eoꝝ ſubmerſis eos redire cōpulit. Media āt nocte dyabol⁹ i ſpecie nau
cleri cum naui fantaſtica hiſ q̄ erāt cum natalia apparuit. ⁊ quaſi voce
naucleri ait eis. Vn̄ venitis. ⁊ q̄ pergitis. Et illi. Ex nicodemia veni
mus. ⁊ ꝯſtantinopolim pergim⁹. Quibus ille ait. Erratis. Ad ſiniſtrā
pergite vt rectius nauigetis. Hoc āt dicebat. vt eos in pelag⁹ mitteret

et perirēt. Cū āt vela mutarēt. ſubito adrian⁹ ĩ nauicula ſedēs eiſdẽ apparuit. ⁊ eos nauigare ſicut p̄uſ ceperāt admonuit aſſerēs malignū ſpū; fuiſſe q̇ ſibi locut⁹ fuerat. ponēſq; ſe an̄ eos. p̄cedebat illos. ⁊ viā eis oñdebat. Natalia vero adrianū p̄cedere vidēs ĩmenſo gaudio repleta eſt. Sicq; an̄q̃ illuceſceret ↄſtātinopolim aduenerūt. Cū aūt natalia in domū vbi erāt corpa martir̄ introiſſ;. et manū adriani ad corp⁹ poſuiſſ;. ⁊ poſt orōẽ dormitaſſ;. adrian⁹ ei apparuit ⁊ ſalutās eā vt in eternā pacē ſecū veniret p̄cepit. Que cū euigilaſſet et ſomniū aſtātib⁹ retuliſſet vale faciens omnib⁹ emiſit ſpūm. Fideles aūt corp⁹ eius accipientes. iuxta corpa martir̄ illud poſuerunt

CXXVIII.

## De ſanctis gorgonio ⁊ dorotheo

Gorgonius et dorothe⁹ apud nichomediā p̄mi in palatō dyocleciani antiq̃ militie renunciāt. vt liberi⁹ regē ſuū ſequantur. ⁊ xp̄ianos ſe voce libera ↄfitent̄. Qđ ceſar audiens. plurimū anxiebat̄. egreferēs p̄dere tales viros. q̄s ītra palatiū nutritos morum ⁊ generis nobilitas decorauit. Cū igitur nec minis nec blandiciis mouerētur. in eculio diſtendūtur. ⁊ flagellis et vngulis toto corpe lacerati. aceto ⁊ ſale nudatis pene cor̄ viſcerib⁹ p̄fundūtur. ⁊ cū hec alacriter tolerarent. ĩ craticula aſſantur. vbi q̄ſi in lecto flor̄ videbātur iacere nihilq; leſione ſentire. Deinde iuſſu ceſaris laq̄o ſuſpendūtur. et corpa lupis ⁊ canib⁹ exponūtur. ſ; tñ intacta a fidelib⁹ colligūtur. Paſſi ſunt circa ānū dñi. cclxxx. P⁹ multos ānos corp⁹ ſancti gorgonii romā trāſlatū eſt. Anno āt dñi. dcclxiii. ep̄us meten̄ nepos pipini regis ip̄m ad gallias trāſtulit. ⁊ in gorgociēſi monaſterio collocauit

CXXIX

## De ſanctis protho et iacincto

Prothus et iacinct⁹ fuerūt domicelli et in ſtudio p̄hie ſocii eugenie filie philippi nobiliſſimi romanor̄ genere. Qui q̄dẽ philipp⁹ a ſenatu p̄fecturā alexādrie accepat. ⁊ illuc claudiā vxorem ſuā; et filios auitū ⁊ ſergiū; filiā q̄; eugeniā ſecū duxit. Porro eugenia omib⁹ liberis artib⁹ ⁊ lr̄is erat p̄fecta. Proth⁹ q̄; ⁊ iacinct⁹ ſecū ſtuduerāt et ad p̄fectōẽ omniū ſciar̄ deuenerāt. Eugenia igitur. xv etatis ſue āno ab aq̄lino aq̄lini ↄſulis filio petitur vxor. Cui illa. Et maritus nō natalib⁹; ſ; morib⁹ eſt eligendus. Peruenit igitur ad man⁹ ei⁹ doctrina pauli. ⁊ cepit aīo fieri xp̄iana. Permiſſum erat tūc xp̄ianis iuxta alexandriā habitare. Vñ illa q̄ſi ſolatiādo p̄gens ad villā. tranſiens audiuit xp̄ianos cantātes. Oēs dii gentiū demonia. dñs āt celos fecit. Tunc dicit ad pueros ꝓthū et iacinctū q̇ ſecū ſtuduerāt. Phor̄ ſilogiſmos ſcrupuloſo ſtudio trāſegim⁹ Ariſtotelica argumēta. ⁊ platōis ydeas. ⁊ ſocratis monita ⁊ breuiter q̇dquid cātat poeta. q̇dquid orator. et

quidq̄d p̄bus cogitat. hac ſnia excludū ē. Añam me vobis vſurpata po
teſtas. ſororē vero ſapia fecit. Simꝰ ergo fratres ⁊ xp̄m ſeq̄mur. Pla-
cet cōſiliū. ⁊ aſſumpto habitu viri ad monaſteriū cui elenꝰ vir dei p̄erat
venit. q̄ nullam ad ſe feminā venire ſinebat. Qui etiā quadā vice cū he
retico diſputās. cū vim argumentoꝝ ferre nō poſſet. magnū ignē accen
di fecit. vt ille q̄ nō cōbureret̄ verā fidē ꝓbaretur hr̄e. Qd̄ cum factum
eſſet. ꝑor intrauit ⁊ illeſus exiuit. Hereticus āt cū intrare nollet. ab om
nibus expulſus eſt. Ad hūc igitur cū acceſſiſſet ⁊ ſe viꝝ diceret. ille ait.
Recte vir diceris. q2 cū ſis femīa viriliter agis. Nam ſibi eiꝰ ↄdicō a
deo fuit reuelata. Ab eo igitur cū ꝓtho et iacincto monaſticū habitum
ſuſcepit. et ſe fratrem eugenium ab omnibus appellari fecit. Pr̄ āt eiꝰ
et mr̄ videntes curꝝ eugenie domū vacuū rediſſe. merentes vndiq3 fili
am inq̄ri fecerūt. ſ3 minime inuenire potuerūt. Interrogāt vates q̄d de
filia factū ſit. Qui r̄ndent eam a diis inter aſtra tranſlatam. Quocirca
pater imaginē filie fecit. ⁊ ipſam ab omnibꝰ adorari mādauit. Ipa vero
cum ſociis i dei timore ꝑmāſit. ⁊ mortuo p̄poſito ipa p̄ficitur. CB
Erat tūc alexandrie matrona quedā diues ⁊ valde nobilis melācia no-
mine. quā ſancta eugenia oleo pungens a quartana liberauit i nomine
ieſu xp̄i. Tū multa ei miſit munera ſed non recepit. Predicta igit̄ ma-
trona fratrē eugeniū viꝝ eſſe arbitrās ſepiꝰ eū viſitabat. Videſq3 ele-
gantiā iuuētutis et pulcritudinē corporis. in eius amorē vehemēter exar
ſit. ⁊ q̄liter cū eo ↄmiſceri poſſet anxia cogitare cepit. Simulans igitur
languorē. miſit vt ad eā veniret. ⁊ ſe inuiſere dignaret̄. Qui cū veniſſet
apuit ſibi q̄liter eius amore capta eſſet. ⁊ q̄liter in eius ↄcupiſcētia eſtu
aret rogās vt ſecū carnaliter ↄmiſceret̄. Statimq3 eū app̄hendens am
plectitur. ⁊ oſculat̄. et ad crimen hortatur. Qd̄ factū frater eugeniꝰ ab
horruit dicens ei. Recte melantia nomen habere cognoſceris. nigredi
nis eīn repleta ꝑfidia nigra diceris ⁊ obſcura. filia tenebrarū. amica
dyaboli. dux pollutōis. fomētū libidinis. ſoror anxietatis ꝑpetue. ⁊ mor
tis filia ſempiterne. Illa vero ſe deceptā videns. ⁊ timens ne forte ſcelꝰ
publicaret. voluit ipa ꝑor detegere. clamareq3 cepit q͡ eugeniꝰ ſe volu
it violare. Abiit igitur ad philippū p̄fectum et cōqueſta eſt dicens. Iu
uenis q̄dam ꝑfidus xp̄ianus ad me medendi cā ingreſſus i me irruens
impudenter voluit me violare. et niſi vniuſ ancille q̄ intra cubiculū erat
fuiſſem liberata ſuffragio. ſue me libidini ſociaſſet. Audiens h̄ p̄fectus
ira accenditur ⁊ miſſa appitoꝝ multitudine eugeniā ceteroſq3 ſuos xp̄i
ferro vinctos adduci fecit. diemq3 ſtatuit i quo omēs tradi deberēt mor
ſibus beſtiaꝝ. Accerſitis āt eis corā ſe dixit ad eugeniā. Dic nobis eīn
ſceleratiſſime. hoc vos xp̄c veſter quē colitis docuit. vt opam corruptio
nibus detis. ⁊ matronas impudēti veſania violetis. Cui eugenia demiſ
ſa facie ne agnoſceretur r̄ndit. Dominꝰ nr̄ caſtitatē docuit. et integrita

tem ſeruantibus eternã vitam ꝓmiſit. Hanc autẽ melantiã falſaʒ teſtẽ
mõſtrare poſſumus. ſed meli⁹ eſt vt nos patiamur ꝙ ꝙ illa cũ ꝯuicta fu
erit puniat̃. et fruct⁹ patiẽtie noſtre depeat. Verũtñ adducat ancillam.
quã dicit noſtri ſceleris eſſe teſtem vt ex ore eius poſſint refutari mẽda
cia. Que cũ adducta eſſet. illa a dña ſua docta cõſtanter ſibi opponebat
ꝙ dñam ſuã opprimere voluit. Cunqʒ omnes de familia ſiĺr depꝛauari
ſic eſſe teſtarent̃. ait eugenia. Temp⁹ tacendi trãſiit. ⁊ tps loquẽdi adue
nit. Nolo vt impudica in ſeruos xp̃i crimẽ imponat nec fallacia glorie
tur. Vt ãt mendaciũ veritas ſupet. ⁊ ſapia maliciã vincat. veritatẽ oſtẽ
dam nõ ꝓpter iactantiã ſʒ ꝓpter dei gl'am. Et hec dicẽs tunicã a capite
vſqʒ deorſum ſiue vſqʒ ad cingulũ ſcidit et femina apparuit. Dixitqʒ p̃
fecto. Tu mihi pater. claudia mater. fratres hi duo qui tecum ſedẽt aui
tus et ſergius. ego eugenia filia tua. Hi duo ꝓthus et iacinct⁹. Quõ pr̃
audiens. ⁊ filiã cognoſcere incipiens. in amplexus cũ matre arruit. ⁊ la
crimas multas effudit. Eugenia aũt veſtib⁹ aureis induitur. ⁊ in ſubli
me tollitur. Ignis aũt de celo venit. et melanciã cũ ſuis cõſumpſit. Sic
qʒ eugenia patrẽ et matrẽ: fratres ⁊ totã familiã ad fidem xp̃i cõuertit.
ita ꝙ pater a p̃fectura depoſit⁹. a xp̃ianis ep̃us ordinatur. et in orõne p
ſiſtens ab ĩfidelib⁹ occidit̃. Claudia ãt cũ filiis ſuis et eugenia romã re
uertitur et ibi multi ab eis ad xp̃m ſunt ꝯuerſi. Eugenia aũt iuſſu impa
toris ligata grãdi ſaxo in tiberim precipitat̃. Sʒ rupto ſaxo ſup vndas
incolumis gradiebatur. Tũc in fornacẽ ardentẽ ꝓiicit̃. ſʒ extincta forna
ce refrigerio vtebatur. Recluditur deinde in tenebroſum carcerẽ. ſʒ lu
men ſpendidiſſimũ radiabat eidem. Cũqʒ p. x. dies ſine cibo fuiſſet. ſal
uatoꝛ eidẽ apparuit. et panẽ candidiſſimũ ſibi porrigens dixit. Accipe
cibũ de manu mea. Ego ſum ſaluatoꝛ tu⁹ quẽ tota mentis intentõe ama
ſti. Eodem die q̃ ad terras deſcẽdi ipſe te eripiã. In die igit̃ natalis dñi
ſpiculatoꝛ mittitur. ⁊ caput ei⁹ abſciditur. Que poſtmodum matri appa
ruit. et ꝙ die dominica ſe ſequeretur predixit. Veniente igitur dominica
die claudia in oratõe poſita emiſit ſpũm. Prothus aũt et iacinctus cuʒ
ad templum ydoloꝝ traherentur. oratõne ſimulacꝝ ꝯminuerunt. Et cũ
ſacrificare nollent capitis obtruncatõne martiriũ poſtmodũ compleue
runt. Paſſi ſunt aũt ſub valeriano et gallo. circa annos dñi. cclvi.



## De exaltatione ſantce crucis.

Exaltatõ ſancte crucis dr̃. eo ꝙ tali die fides ⁊ ſcã crux C A
plurimũ exaltata fuit. Notandũ aũt ꝙ añ xp̃i paſſionem lignũ
crucis fuit lignũ vilitatis. qꝛ huiuſmõi cruces de lignis vilib⁹
parabantur. Infructuoſitatis. qꝛ q̃ntũcunqʒ in mõte caluarie plãtabat̃
fructũ minime faciebat. Ignobilitatis quoqʒ. qꝛ erat ſupplicũ latronũ.

Tenebroſitatis.qꝛ tenebroſum et ſine omni decore erat. Mortis.qꝛ ibi
hoīes morti tradebātur. Fetoris qꝛ in medio cadauerꝝ plātabatur. Poſt
paſſionem vero fuit multipliciter exaltata.qꝛ vilitas trāſiit in ꝑcioſitatē
Unde dixit andreas. Salue crux ꝑcioſa ⁊c. Infructuoſitas in fertilitatē
Cant.vii. Aſcendā in palmā ⁊ app̄.fru.eiꝰ. Ignobilitas in ſublimitatē.
Augꝰ. Crux q̄ erat ſuppliciū latronū trāſiit ad frontes impatoꝝ. Tene
broſitas in claritatem. Ambroſ. Crux et cicatrices xp̄i radius ſolis in iudi
cio erūt lucidiores. Mors in vite ꝑpetuitatem. Unde cātat. Ut vn̄ mors
oriebatur ⁊c. Fetor in odoris ſuauitatē. Cant.i. Cum eſſet rex in accubi
tu ſuo nardus.i.crux ſancta dedit odorē ſuū CB

Exaltatō ſācte crucis ſolēniter ab eccl'ia celebratur. qꝛ in ea fi
des q̄plurimū exaltata fuit. Anno em̄ dn̄i.dcxv.ꝑmittēte do
mino flagellari populū ſuū ꝑ ſeuiciā paganoꝝ. coſdroe rex ꝑ
ſarum oīa regna terraꝝ ſuo imperio ſubiugauit. Ieruſalē āt veniēs a
ſepulcro dn̄i territus rediit.ſꝫ tn̄ ꝑtem ſancte crucis quā ſancta helena
ibidem reliquerat aſportauit. Volens aūt ab omnibus coli vt deus.tur
rim ex auro et argento ⁊ interlucentibꝰ gēmis fecit.et ibidē ſolis ⁊ lune
⁊ ſtellaꝝ imagines collocauit. Per ſubtiles etiā et occultos ductus q̄ſi
deus aquā deſuper infundebat.et in ſubterraneo ſpecu equi quadrigas
trahentes in circuitu ibant.vt quaſi turrim mouerent ⁊ tonitruū ſimula
rent. Filio igitur ſuo regno tradito.vt tali ꝓphano ꝓphanus reſidet. ⁊ iu
xta ſe crucem domini collocans appellari ab omnibus ſe deuꝫ iubet. Et
ſicut legitur in libro de mitrali officio.ipſe coſdroe in throno reſidens tā
q̄ pater lignum crucis ſibi a dextris poſuit loco filii.et gallū a ſiniſtris
loco ſp̄ūſſancti.ſe vero iuſſit patrem nominari. Tūc eraclius imperator
exercitum copioſum collegit.et cōtra filiū coſdroe iuxta danubiū fluuiū
dimicaturus aduenit. Tandem vtriſqꝫ ꝓncipibꝰ placuit vt ſup pontē
ſoli cōfligerent.⁊ qui victor exiſteret ſine damno vtriuſqꝫ exercitus im
perium vſurparet. Decretum etiā exiit vt quicunqꝫ ꝓncipem ſuū iuua
re ꝑſumeret.cruribus abſciſis et brachiis.ob hoc cōtinuo i flumie mer
geretur. At eraclius totum ſe deo obtulit.et ſancte cruci deuotōne qua
potuit cōmendauit. Ambobus itaqꝫ in cōflictu durātibꝰ. eraclio victo
riam dominꝰ cōtulit.et cōtrariū exercitū ſuo imperio ſubiugauit. adeo
q̄ vniuerſus populus coſdroe fidei xp̄iane ſe ſubdidit.et ſacꝝ baptiſma
ſuſcepit. Coſdroe aūt ignorabat exitum belli.qꝛ cum ab omnibꝰ odiret.
ſibi a nemine intimaret. Eraclius aūt ad eum peruenit.et i throno aureo
eum ſedere reperiēs eidem dixit. Quia lignū ſcē crucis ſm̄ tuū modulū
honoraſti.ſi baptiſmuꝫ et fidem xp̄i ſuſceperis.adhuc vitam et regnum
paucis a te acceptis obſidibus obtinebis. Si autē hoc implere contem
pſeris.gladio meo te feriā.⁊ caput tuū ꝑcidam. Cum igitur ille acqeſce
re nollet.extracto gladio eū ꝓtinus decollauit. Et qꝛ rex fuerat ſepeliri

p̄cepit. Filiū vero ſuū .x. annoꝝ quē cū eo repit baptizari fecit. ⁊ d̄ ſacro
fonte ipm̄ ſuſcipiēs regnū paternū ei dimiſit. Turrim vero illā deſtru-
ens. argentum in ꝑdam ſui exercit⁹ tribuit. auꝝ vero et gemmas ad re-
parandum eccl'ias q̄s tirānus deſtruxerat reſeruauit. Sacrā igitur cru
cem ſuſcipiens hieroſolimā reportauit. ¶ Cunqꝫ aūt de mōte oliue
ti deſcendēs ꝑ portam qua dn̄s paſſurus intrauerat in equo regio et or-
namento impiali ingredi vellet. repente lapides porte deſcenderūt. ⁊ in
uicem quaſi murus vel vnus paries ſe clauſerunt. Sup quo cunctis ſtu
pentibus. angelus dn̄i ſignū crucis in manibus tenens ſup portā appa
ruit dicens. Cum rex celoꝝ ad paſſionem ꝑ hāc portā intraret. nec cul-
tu regio ſed humili aſello ingrediens. humilitatis exemplū ſuis cultori
bus dereliquit. Et his dictiſ angelus abſceſſit. Tunc impator lacrimiſ
infuſus ſeipſum diſcalciauit. et veſtimenta vſqꝫ ad camiſiam exuit. cru
cemqꝫ dn̄i accipiēs vſqꝫ ad portā humiliter baiulauit. Moxqꝫ duricia
lapidum celeſte ꝑſenſit impium. ſtatimqꝫ porta ſe ſuberigens. liberꝫ in-
trantibus patefecit ingreſſum. Odor aūt ſuauiſſimus. q̄ eodē die. eodē
qꝫ momento quo de turri coſdroe ſacra crux fuit ablata. hieroſolimis d̄
pſaꝝ ꝓuintia ꝑ tam longa terraꝝ ſpacia fuerat elapſus: tūc redit. Om
neſqꝫ mirabili ſuauitate refecit. Rex aūt deuotiſſim⁹ in has crucis lau
des ꝓrupit. O crux ſplendidior cunctis aſtris mūdo celebris. hominib⁹
multū amabilis. ſanctior vniuerſis. q̄ ſola fuiſti digna portare talentuꝫ
mundi. Dulce lignū. dulces claui. dulcis mucro. dulcis haſta. dulcia fe-
rens pondera. ſalua p̄ntem cateruā in tuis hodie laudib⁹ ꝯgregatā. tuo
vexillo ſignatā. Sicqꝫ p̄cioſa crux in ſuo loco reſtituitur. ⁊ antiq̄ mira-
cula renouanť. Mortui q̄dam vite reſtituūtur. paralitici q̄ttuor curantur
leproſi decē mundātur. ccci. xv. illuminātur. demoneſ effugātur. ⁊ a va
riis lāguorib⁹ plurimi liberātur. Et ſic impator eccias repans et regiiſ
munerib⁹ cumulās ad ꝓpria remeauit. In cronicis aūt hoc geſtū aliter
fuiſſe narratur. Dicitur eñi ꝙ dū coſdroe occupās vniuerſa regna. hie-
biliſſimos ſpiritus qui ei intima caritate iunguntur.dirigit et tranſmit
tit ad ꝓcurandum ſalutem noſtrã. Secundo caritati angelice. Cum enĩ
caritatis ardentis ſit maxime deſiderare alioꝝ ſalutẽ.ob quã etiã dixit
eſaias.ecce ego dñe mitte me.⁊ angeli poſſunt nos iuuare.ꝓ eo q̄ vidẽt
nos ſuo auxilio indigere ⁊ malos angelos nos impugnare.iõ q̄ ad nos
mittuntur lex exigit angelice caritatis. Tercõ humane indigẽtie. Mit
tuntur enĩ boni ãgeli ad inflamandũ affectũ ad amorẽ. Vñ in figuram
hui⁹ legũtur miſſi fuiſſe ĩ curru igneo. Scđo ad illuminandũ intellectuꝫ
ad ꝯgnitõꝫ. Hoc ſignatũ eſt apocal'.x.ĩ angelo q̇ habebat librꝫ apertuꝫ

in manu ſua. Tercio ad corroborandū in nobis omne impfectū vſqȝ i fi
nem. Hoc ſignatū eſt .iii. Regū .xix. vbi angelꝰ portauit helie panē ſub
cinericiū ⁊ vas aque ⁊ comedit. ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illiꝰ vſ
qȝ ad montē dei oreb. Tercō honorādi ſunt. qꝛ ipſi ſunt fratres ⁊ cōci
ues nr̄i. Om̄es eīm electi aſſumunt ad ordines angelorꝝ. q̇dā ad ſupio
res. q̇dam ad inferiores. q̇dā ad medios ꝑ diuerſitate ſuorꝝ meritorum
licet beata virgo ſup om̄es ſit. Qd̄ beatꝰ greg. in omelia inſinuare vi
det. Nā vt ait ſunt nōnulli q̇ ꝑua capiūt. ſȝ tn̄ hoc annūciare fratribuſ
nō deſiſtūt. Iſti in angelorꝝ numero currūt. Et ſunt q̇ ſecretorꝝ celeſtiū
ſumma et cape ꝑualent ⁊ nūciare. Hi cū archangelis Et ſunt qui mira
faciūt ſigna ⁊ valēter opantur. Et hi cū virtutibꝰ. Et ſunt q̇ malignos
ſpūs virtute oratōis ⁊ vi accepte poteſtatis fugant. Et hi cū poteſtati
bus. Et ſunt q̇ acceptis virtutibꝰ electorꝝ merita tranſcendūt. ⁊ electiſ
fratribꝰ ꝑncipanſ. Et hi cū ꝑncipatibꝰ meritū ſortiūtur. Et ſunt qui ſic
in ſemetipſis omnibꝰ viciis dn̄antur. vt ipo iure mūdicie dii inter hoīeſ
vocentur. Vn̄ ad moyſen dr̄. Ecce cōſtitui te deū pharaonis. Et hi cuȝ
dominatōibus. Et ſunt in q̇bus velut in throno ſuo dominꝰ ꝑſidēs alio
rum facta examinat. ꝑ quos dum ſancta eccia regitur plerūqȝ de ſuis
quibuſdā infirmis actibꝰ alii electi iudicanſ. Et hi cū thronis. Et ſunt
qui dei ⁊ ꝓximi caritate amplius ceteris pleni ſunt. Et hi meritorꝝ ſuo
rum ſorte inter cherubin numerꝝ acceperunt. quia cherubin plenitudo
ſcientie dr̄. et iuxta paulum plenitudo legis eſt caritas. Et ſunt qui ſup
ne contemplatōis amore accenſi in ſolo conditoris ſui deſiderio anhe
lant. Nihil iam in hoc mūdo cupiunt. ſolo eternitatis amore paſcuntur
terrena q̇qȝ abiiciunt. cuncta tempalia mente tranſcendūt amant et ar
dent atqȝ ipo ſuo ardorere q̇eſcūt. amando ardent. loquendo accendunt
⁊ quoſcūqȝ verbo tangūt. ardore ꝓtinus in dei amore faciūt. Quo iſti
niſi inter ſeraphin numerꝝ ſortē ſue vocatōis acceperūt. Hec gregoriꝰ.

Quarto honorādi ſunt. qꝛ ipſi ſunt aīarꝝ noſtrarꝝ in celū portitores Et
hoc faciunt triplici modo. Primo viā ꝑparādo. Malach .iii. Ecce ego
mitto angelum meū. q̇ ꝑparabit viā an̄ faciē meā. Secūdo ꝑ viā prepa
ratam in celū baiulādo. Exo .xxiii. Ecce ego mitto angelum meū qui te
cuſtodiet in via ⁊ inducat te in terrā quā ꝓmiſi patribus tuiſ. Tercō in
celo collocando. Luce .xvi. Factum eſt vt moreretur mēdicus ⁊ portare
tur ab angelis in ſinum abrahe. CB Quinto honorādi ſunt. qꝛ ipſi
ſunt oratōnum noſtrarꝝ apud deū repſentatores. Ipſi nāqȝ ꝑmo orōes
noſtras deo repn̄tant. Thobie .xii. Quādo orabas cum lacrimis ⁊ ſepe
liebas mortuos ego obtuli orōem tuā domino. Secundo ibidē ꝑ nobis
allegant. Job .xxxiii. Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de ſimili
bus vt annunciet hominis equitatem. miſerebitur eius ⁊c. Itē zach .i.
Et reſpondit angelus domini et dixit. Domine exercituū vſqȝquo non

miſereberis hier̄l'm ⁊ vrbiū iuda q̄bus iratus es. iſte iā ſeptuageſimꝰ an-
nus eſt. Tercō dei ſniam nobis renunciāt. Dan̄. ix. vbi dꝛ ꝙ gabriel ad
eū volās dixit. Ab exordio p̄cum tuaꝝ egreſſus eſt ſermo. gloſa. i. ſnīa a
deo. Et ſeq̄tur. Ego aūt veni vt indicarē tibi. q2 vir deſideriorꝝ es De
his tribus dicit bern̄. ſup can̄. Diſcurrit angelꝰ medꝰ inter dilectū ⁊ di-
lectam. vota offerens. referēs dona. Excitat iſtam. placat illū. Sexto
honorādi ſunt. q2 ipi ſunt regis eterni nobiliſſimi milites ſcḋm q̄d dꝛ iob.
xxv. Nunquid eſt numerus militum eius. Sicut aūt videmus in militi-
bus alicuiꝰ regis. ꝙ quidam coꝝ ſemꝑ in aula regia cōmorantur. et re-
gem aſſociant. ⁊ ad eius honorem et ſolatium cantāt. q̄dā aūt ciuitates
⁊ caſtella regni cuſtodiunt. q̄dam vero regis inimicos expugnant. Ita
⁊ horum militum chriſti. q̄dam in aula regia ſcȝ in celo empireo ſemꝑ re-
gem regum aſſociant. ⁊ ad eius honorem cantica leticie et glorie ſemꝑ
cantant dicentes. Sanctus ſanctus ſanctus ⁊c. Itē. Benedictio et cla-
ritas et ſapientia ⁊c. apocal'. vii. Alii aūt cuſtodiunt ciuitates. ſuburba-
na villas et caſtra. illi ſcȝ q̄ nobis ſunt ad cuſtodiam deputati. cuſtodien-
tes ſtatum virginum. cōtinentiū. cōiugatoꝝ. et caſtra religionū. Eſaie
xii. Sup muros tuos hieruſalē cōſtitui cuſtodes ⁊c. Alii vero dei inimi-
cos. i. demones expugnant. Apocal'. xii. Factū eſt p̄lium magnū in celo
id eſt. ſm vnā expoſitōem in eccleſia militanti. Michael et angeli eius
p̄liabantur cū dracone. Septimo ⁊ vltimo honorandi ſunt. q2 ipi ſunt
tribulatoꝝ cōſolatores. zach. i. Angelus q̄ loquebat' in me verba bona
⁊ cōſolatoria. Itē thobie. v. Forti animo eſto ⁊c. Et hoc faciunt tribus
modis. Primo cōfortando et roborādo. Dan̄. x. vbi cum daniel corruiſ-
ſet tetigit eum angelus dicens. Noli timere. pax tibi. et cōfortare ⁊ eſto
robuſtus. Secūdo ab impatiētia cōſeruando. Pſal'. Angelis ſuis māda-
uit de te ⁊c. In mani. por. te ⁊c. Tercō ipam tribulatōz refrigerādo et
minuendo. Et h̄ ſignat' dan̄. iii. vbi angelus dn̄i cum tribuſ pueris i for-
nacem deſcendit. et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem

CXLI

## De ſcō hieronimo

Jeronimꝰ dꝛ a gera q̄d eſt ſanctū. ⁊ nemꝰ. q̄ſi ſanctū ne-
mus. vel nomia q̄d eſt lex. Vn̄ dꝛ in legēda ſua ꝙ hiero. interp-
tatur ſacra lex. Fuit em̄ ſanctꝰ. i. firmꝰ vel mūdus. vl' ſanguie
tinctus. vel vſui ſacro deputatꝰ. ſicut vaſa templi dicebantur ſancta. q2
ſacro vſui deputata. Fuit em̄ ſanctꝰ. i. firmus in bono ope. ꝓpter ꝑſeue-
rantie lōganimitatē. ⁊ mūdus in mēte ꝑ puritatē. et ſanguine tinctus ꝑ
dn̄ice paſſionis meditatōz. ſacro vſui deputatꝰ ꝑ ſcripture ſacre expoſi-
tionem et interp̄tatōem. Dicitur et nemꝰ a nemore. vbi aliq̄n̄ ꝯuerſatꝰ
fuit. ⁊ lex ꝓpter regularē diſciplinā quā monachos ſuos docuit. vl' quia

ſacram legem expoſuit ⁊ interp̄tatus fuit. Hieronimus etiā interp̄tat
viſio pulcritudinis. vel diiudicans locutōnes. Eſt aūt triplex pulcritu
do. Prima eſt ſpūalis que eſt in anima. Secunda moralis que cōſiſtit ī
honeſtate moꝝ. Tercia intellectualiſ que eſt pulcritudo angelica. Quar
ta ſupſubſtantialis que eſt diuina. Quinta celeſtis que eſt ſanctoꝝ ī pa
tria. Hāc q̄ntuplicem pulcritudinem hiero. in ſe vidit ⁊ habuit. Nā ha
buit ſpūalem in virtutū varietate. Moralem in vite honeſtate. Intelle
ctualem in excellenti puritate. Supſubſtantialem in ardenti caritate
Celeſtem in eterna vel in excellenti claritate. Diiudicauit etiā locutōeſ
ſiue verba tā ſua ꝙ̄ alioꝝ. ſua examinate ꝓferēdo. alioꝝ vera cōfirman
do. falſa cōfutando. dubia vero exponendo

Ieronimus euſebii viri nobilis filius ab opido ſtridonis qđ
dalmacie et pānonie cōfinia tenet: extitit oriundꝰ. Hic adhuc
iuuenis romam adiit. ⁊ lr̄is grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis ple-
ne eruditus eſt. In arte grammatica donatū habuit p̄ceptoꝛē. In rhe
torica aūt victorinū oratorē. In ſcripturis aūt diuinis exercitabat die
ac nocte. ⁊ inde hauſit auide qđ poſtmodū effudit abunde. Quodam ve
ro tp̄e ſicut ip̄e in ep̄la ad euſtochiū ꝑhibꝫ cum de die tulliū ⁊ de nocte
platonem auide legeret. eo ꝙ ſermo incultus ſibi in libris ꝓpheticis nō
placeret. circa mediā quadrageſimā tam ſubita et ardenti febre corripi
tur. vt toto frigeſcente iam corp̄e vitalis calor in ſolo pectore palpitaret
Dum ergo exequie funeris pararētur. ſubito ad tribunal iudicis trahi
tur. et interrogatus cuius condicionis eſſe. xp̄ianum ſe eſſe libere ꝯfitet
Ad quē iudex. Mentiris inquid. Ciceronianus es: nō xp̄ianus. Ubi ei
eſt theſaurus tuꝰ ibi eſt et cor tuū. At hieronimus obmutuit. ⁊ cōtinuo
ip̄m iudex duriſſime cedi iuſſit. Tunc exclamauit ⁊ dixit Miſerere mei
domine. miſerere mei. Tunc q̄ aſtabant p̄cabantur iudicē vt veniā tri
bueret adoleſcenti. Ipſe eīn iurare cepit ac dicere. Dn̄e ſi vnq̄ habue-
ro codices ſeculares ſi legero te negabo. In hec igitur iuramēti verba
dimiſſus ſubito reuiuiſcit. Tunc lacrimis totum ſe inuenit ꝑfuſū. ⁊ ex
verberibus que ante tribunal ſuſceperat. ſcapulas terribiliter repit liui
entes. Tanto aūt ſtudio libros diuinos legit extunc. q̄nto libros genti-
lium vnq̄ legerat. Dum aūt eſſet annoꝝ. xxix. in romana eccl'ia cardina
lis preſbiter ordinatus eſt. Mortuo aūt liberio papa hieronimꝰ dignꝰ
ſummo ſacerdotō ab omnibus acclamatur. Sꝫ dum quorundā clericoꝝ
et monachoꝝ laſciuiā increparet. illi nimiū indignati ei inſidias paue
runt. Sꝫ ⁊ p veſtem muliebrē vt ait iohannes beleth ab eis turpiter eſt
deriſus. Nam cū hiero. ad matutinas ſolito more ſurgeret. veſtē mulie
ris quā emuli iuxta lectū poſuerāt repit. ſuāq̄ꝫ eſſe credens induit. et in
eccl'iam ſic ꝓceſſit. Hoc aūt emuli faciebāt. vt mulierē hr̄e ī thalamo cre
deret. Qđ ille videns. tāte coꝝ veſanie locū dedit. ⁊ ad greg. nazāzenum

cōſtantinopolitane vrbis ep̄m ꝑuenit. Poſtq̄ aūt ab ipſo ſacras lr̄as didicit in heremū ꝓperauit. vbi ꝓ xp̄o q̄nta ſuſtinuerit ipſe ad euſtochium narrat dicēs. Quotiēs in heremo cōſtitutus. ⁊ in illa vaſta ſolitudine q̄ exuſta ſolis ardoribꝰ horridū monachis p̄ſtat habitaculū. putaui me romanis delicijs intereſſe. Horrebāt ſacco mēbra deformia. ſqualida cutis ſitū ethiopice carnis adduxerat. q̄tidie lacrime. quotidie gemitꝰ. ⁊ ſi q̄n repugnantē ſomnus iminēs oppreſſiſſet. nuda humo vix oſſa herētia collidebant. De cibis ⁊ potu taceo cū etiā languentes aq̄ frigida vtātur et coctū aliq̄d accepiſſe luxuria ſit. ⁊ dū ſcorpionū tm̄ eſſem ſocius et ferarꝝ ſepe choreis intererā puellarꝝ. ⁊ in frigido corpe ⁊ carne p̄mortua libidinum incendia pullulabāt. Itaqꝫ cōtinuo flebā. et repugnantē carnē hebdomodarꝝ inedia ſubigebā. Diē crebro ꝯiunxi cū nocte. nec prius a pectoris ceſſabā verberibꝰ q̄ a dn̄o trāquillitas redderet. Ipam q̄ꝫ cellulā meā q̄ſi cogitatōnū ꝯſcientiā ptimeſcebā. et mihi iratus ⁊ rigidus ſolꝰ deſerta penetrabā. Et vt mihi teſtis eſt dn̄s. poſt multas lacrimas ⁊ nōnunq̄ videbar intereſſe agminibꝰ angelorꝝ. Per q̄driennū igit̄ ibidem penitentia ſic pacta ad bethleē opidū remeauit. Vbi q̄ſi domeſticū aīal apud p̄ſepe dn̄i ſeſe obtulit ꝑmanſurꝝ. Bibliothecā aūt ſuā quā ſummo ſtudio ſibi cōdiderat clauſam. alioſqꝫ libros iterꝝ relegens diē ieiunꝰ ducebat ad veſperuꝫ. Multos aūt ibidē diſcipulos coadunās in ſcō ꝓpoſito et trāſlatōe ſcripturarꝝ q̄nquagintaq̄nqꝫ ānis ⁊ ſex menſibꝰ deſudauit. et vſqꝫ ad finem vite virgo ꝑmanſit. Licet aūt in hac legenda dicatur q̄ ſp̄ virgo fuerit ipſe tn̄ de ſe ita ſcribit ad pammachiū. Virginitatem in celo prefero. nō q2 habeo. Tāta deniqꝫ laſſitudine fatigatus eſt. vt in ſtratu ſuo iacens funiculo ad trabē ſuſpēſo ſupinus manibus ſeleuaret. vt ſcꝫ officiū monaſterii ꝓ vt poterat exhiberet. ¶ Quadā vero die aduesperaſcente cū hieronimꝰ cū fratribꝰ ad ſacrā lectōem audiendum ſederet ſubito leo q̄dā claudicās monaſteriū ingreſſus eſt. Quo viſo cū ceteri frēs fugerent. hieronimꝰ ei q̄ſi hoſpiti obuiauit. Leo igit̄ dū pedem ſibi leſum oñderet. vocatis fratribus pedes ſibi precepit ablui. et diligenter eius plagā inq̄ri. Quod cū factū fuiſſet inuenerūt leonis plantā a ſentibus vulneratā. Adhibita igitur diligenti cura leo conualuit. ⁊ omni feritate depoſita inter eos q̄ſi domeſticū animal habitauit Tūc hiero. videns q̄ non tā ꝓ ſanitate ſui pedis q̄ ꝓ eorꝝ vtilitate dn̄s leonem miſiſſet. de fratrꝝ cōſilio eidē hoc iniūxit officiū. vt aſinū quē habebant q̄ ligna de nemore deferebat. ipſe leo ad paſcua duceret ⁊ ducū ibidē cuſtodiret. Quod factū eſt. Nā iniuncta leoni aſini cura more paſtoris induſtrii eūdo ad paſtū ſocius inceſſanter itineris rure paſcendo vndecūqꝫ defenſor tutiſſimus erat. Verūtn̄ vt ſe cibaret. et aſinus ſolituꝫ ꝑficeret opus. cōſuetis ſp̄ horiſ cū eo domū redibat. Quadā igitur vice paſcente aſino. et leone grauiter ſoporato. mercatores cuꝫ camelis inde

tranſeūtes aſinū ſolū viderunt. ⁊ eū ꝗ̄citius rapuerūt. Expgefact⁹ ita
q̄ʒ leo cū ſociū nō inueniret rugiēdo huc illucq̄ʒ ibat. Quē tandē nō iue
niens ad portas monaſterii triſtis adiit. ⁊ intus vt ſolit⁹ erat ꝑ verecū
dia ingredi nō p̄ſumpſit. Et vidētes fratres ꝙ tardi⁹ more ſolito et ſi
ne aſino veniſſet. putauerūt ꝙ fame ꝯpulſus aſinū comediſſet. nolentes
q̄ʒ ei annonā tribuere ꝯſuetā dicebāt. Uade et reliquā ptem aſelli que
tibi remanſit māde ⁊ tuā ingluuiē reple. Heſitātes tn̄ vtꝝ hoc malum
ppetraſſet. exierūt ad paſcua ſi forte aliquod mortis indiciū inuenirent
Et nihil inueniētes hoc hieronimo retulerūt. Tunc monitis eius offi
cium aſini leoni iniungūt. ⁊ ligna cedentes leoni imponūt. Qd̄ cum leo
patienter ferret. quadā die expleto ope agꝝ exiit. hac illacq̄ʒ diſcurrit.
ſcire deſiderās q̄d de ſuo fuiſſet ſocio factum. Et ecce vidit a longe ne
gociatores cum onuſtis camelis p̄cedente aſino venientes. Mos enim
illi regioni eſt vt q̄n̄ cum camelis longi⁹ gradiunt̄. cameli vt directius
vadāt. p̄cedentē ⁊ collo funiculū geſtātem aſinū ſubſequunt̄. Recogni
to igitur leo aſino. cum ingenti rugitu ſup eos irruit. et oēs homies in
fugam cōuertit. Et leo terribiliter rugiēs ꝑcutiebat cauda fortiter ter
ram. pterritoſq̄ʒ camelos ſicut erāt onuſti an̄ ſe ad cellā ire coegit. Qd̄
cum fratres vidiſſent ⁊ hieronimo nunciaſſent ille ait. Hoſpitib⁹ nr̄is
fratres cariſſimi pedes abluite. eſcas p̄bete. ⁊ ſup hoc voluntatem dn̄i
expectate. Tunc leo p monaſteriū cepit vt ſolebat letus diſcurrere. ſin
guloꝝ fratꝝ veſtigiis ſe pſternens. et q̄ſi de ppetrata quaʒ nō fecerat
culpa cauda alludens veniā poſtulabat. Hieronim⁹ aūt futuroꝝ p̄ſci⁹
ait fratrib⁹. Ite frēs et venientib⁹ hoſpitibus neceſſaria p̄parate. Ad
huc eo loquēte nunci⁹ ad eū venit. annūcians an̄ fores hoſpites adeſſe
q̄ abbatē vellēt videre. Ad q̄s cū ille iuiſſet. ptin⁹ illi eius pedib⁹ ꝓuol
uuntur. p culpa veniā poſtulātes. Quos ille benigne eleuās. p̄cepit vt
ſua recipent. ⁊ aliena nō vſurparēt. Rogabāt igit̄ illi beatū hieronimū
vt medietatē olei p bn̄dictōe accipiat. Quib⁹ vix aſſentiēs. tādē coact⁹
ſuſcipi iubet. Promiſerūt aūt ſe ānuatim candē olei menſurā fratrib⁹
ip̄is daturos. ⁊ a ſuis dare heredib⁹ p̄cepturos. CB Cū aūt olim in
eccia vnuſquiſq̄ʒ caneret qd̄ volebat. theodoſi⁹ impator vt ait iohānes
beleth. damaſum papā rogauit vt alicui viro docto officiuʒ eccleſiaſti
cum cōmitteret ordinandū. Ipſe igitur ſciens hieronimū in lingua lati
na greca et hebraica pfectū. ⁊ in omi ſapia ſummū. eidē officiū p̄dictū
cōmiſit. Hiero. igit̄ pſalteriū p ferias diſtinxit. ⁊ vnicuiq̄ʒ ferie noctur
num ppriū aſſignauit. ac gl'a patri in fine cuiuſlibet pſalmi dicendū in
ſtituit. vt ait ſigibertus. Deinde epl'as ⁊ euāgelia p āni circulū decātā
das. ceteraq̄ʒ ad officiū ptinentia p̄ter cantum ratōnabiliter ordina it
Miſitq̄ʒ illud de bethleē ad ſummū pontificē. et ab eo ⁊ cardinalib⁹ ſu
is fuit valde approbatū ⁊ ppetuo autenticatū. Poſt hoc autem in ore

ſpelunce in qua dñs iacuit monumētū ſibi cōſtruxit. vbi expletis nona-
gintaocto ānis ⁊ ſex mēſibus ſepult⁹ fuit. In quāta reuerētia cū augu
ſtinus habuerit. patꝫ p̱ ep̄l'as quas ſibi miſit. In quarū vna ei tali mō
ſcripſit. Dño dilectiſſimo ⁊ cultu ſinceriſſimo caritatis obſeruādo atqꝫ
amplectēdo hieronimo auguſtin⁹ ⁊c̄. Alibi qꝫ de eo ſic ſcribit. Sanct⁹
hiero. p̄ſbiter greco latino ⁊ hebreo eloq̄o erudit⁹ in locis ſanctis atqꝫ
l'ris ſacris vſqꝫ ad decrepitā vixit etatē. Cui⁹ nobilitas eloquii ab ori
ente in occidentē inſtar ſolis lāpas reſplēduit. Beatus āt p̄ſper i ſuis
cronicis de eo ſic ait. Hieronim⁹ p̄ſbiter in bethleē toto iā mūdo clar⁹
habitabat. egregio ingenio et ſtudio vniuerſe eccl'e ſeruiens. Ipſe qꝫ d
ſe ſic ait ad albigenſem. Nihil a puericia ita vitare conat⁹ ſū vt animū
tumentē ⁊ erectā ceruicē: dei ꝯtra ſe odiū ꝓuocantē. Idē. Ego etiam tu
ta omīa timeo. Idem. In monaſterio hoſpitalitati ex corde intēdim⁹. ⁊
oīes ad nos venientes p̄ter hereticos leta frōte ſuſcipim⁹. ac venientī
um pedes abluim⁹. Iſidor⁹ vero in li. ethymo. ait. Hiero. triū linguarū
extitit peritus. Cui⁹ interp̄tatō ceteris āfferꝭ. qm̄ et verboꝝ tenacior ē.
et p̄ſpicuitate ſnīe clarior. tāqꝫ vtpote a xp̄iano interp̄te verior. In dy
alogo qꝫ ſeueri diſcipuli ſancti martini q̄ ei⁹ tp̄e fuit ſic de hieronimo
ſcriptum habeꝭ. Hiero. p̄ter fidei meritū dotemqꝫ virtutū nō ſolum la
tinis atqꝫ grecis ſꝫ etiā hebreis ita l'ris inſtructus eſt. vt ſe illi in omni
ſcientia nemo audeat ꝯpare. Cui iugis aduerſus malos pugna. ꝑpetu
umqꝫ certamē. Oderūt euꝫ heretici q2 eos impugnare non deſiit. Ode
runt clerici. q2 vitā eoꝝ inſectaꝭ ⁊ crimia. Sꝫ plane boni oīes ⁊ mirā
tur et diligūt. Nā q̄ eū hereticū eſſe arbitrātur inſanūt. Tot⁹ ſemp in
lectōe. tot⁹ in libris eſt. nō die. nō nocte req̄eſcit. aut legit aliq̄d. aut ſcri
bit. Hec ſeuer⁹. Et ſicut ex his verbis patꝫ. et ſicut etiā ip̄e ſepe teſtaꝭ.
multos p̄ſecutores ⁊ multos detractores ꝑpeſſus eſt. Quas tn̄ p̄ſecutō
nes q̄ꝫ libēter ſuſtinuerit. patꝫ ex eo q̄ ſic dicit in ep̄l'a ad aſellā. Gratias
ago deo q2 dign⁹ ſum habit⁹ quē oderit mūdus. ⁊ maleficū me garriūt
Sꝫ ſcio ad regnū ꝑuenire p̱ infamiā et bonā famā. Itē. Utinaꝫ ob dñi
mei nomē atqꝫ iuſticiā vniuerſa me infideliū turba p̄ſeq̄tur. Utinaꝫ in
opprobriū meū ſolidi⁹ exurgat hic mūdus. tm̄ vt merear a xp̄o laudari
⁊ ſue pollicitatōis ſperare mercedē. Grata vtiqꝫ ⁊ deſiderata temptа
tio eſt. cui⁹ p̄miū a xp̄o ſperatur in celo. Nec maledictō grauis eſt q̄ di
uina laude mutaꝭ. Obiit circa ānos dñi. cccxcviii.



## De ſancto remigio

Remigius d̄r a remige q̄ eſt nauis ductor vel rector. Et Ca. Et
dicitur a remis. q̄ ſunt inſtrumenta q̄bus nauis ducitur. ⁊ gy
on q̄d eſt luctatio. Ipſe eñ eccl'iam gubernauit a p̄iculo nau
fragii. eā duxit ad portū paradiſi. p̱ ea luctat⁹ eſt cōtra dyaboli inſidias.

# CCXLIIII.

Remigius regem ⁊ gentem francoꝝ ad chriſtum cōuertiſſe di
citur Habebat eñ rex vxorē nomine clotildim xp̄ianiſſimam
que viꝝ ſuū nitebatur ad fidē cōuertere. ſed nequibat. Que
cum filium genuiſſet ipſum baptiſare voluit. ſʒ rex omino ꝓhibuit Illa
autem quieſcere non valens. tandem vix hoc a rege obtinuit. ⁊ filiū ba
ptiſauit. Qui dum baptiſatus eſſet: ſubito eſt defunctus. Cui rex ait.
Nunc apparet qꝛ xp̄c vilis eſt deus. q̄ eum ꝑ quē fides eiꝰ poterat ſub
limari in vita cōſeruare nō potuit. Cui illa. Imo in hoc a deo meo val
de me diligi ſentio ꝙ primū fructū ventris mei ipſum recepiſſe cogno
ſco. q̄ regnū in infinitū tuo melius filio meo largitus eſt. Concepit igit̄
iteꝝ et filiū aliū pepit. quē ſicut primū cū multa inſtantia baptiſari fe
cit. Sʒ ecce ſubito infirmat̄. ita ꝙ de eius vita deſperat̄. Dixitqʒ rex
vxori. Vere debilis eſt deꝰ tuus. q̄ nullū in ſuo noīe baptizatū ī vita cō
ſeruare poteſt. Nā ſi mille genueris ⁊ cūctos baptizaueris omēs ſimꝉ
peribūt. Sʒ tñ puer cōualuit ⁊ ſanitatē recepit: ita ꝙ poſt patrē regna
uit. At fidelis mulier viꝝ ſuū ad fidem reducere conabat̄. ſʒ ille modiſ
omnibus reſiſtebat. Qualiter aūt ad fidē cōuerſus eſt. in alio feſto qđ
eſt poſt epiphaniā dictū eſt Volens aūt p̄dictus rex clodoueus factus
chriſtianus remēſem ecc̄iam dotare. beato remigio dixit vt q̄ntū circū
iret dum ipſe in meridie dormiret ſibi daret. Qđ et factū eſt. Sʒ cū qui
dam molendinū ſuū habebat intra fines beati remigii. molendinarius
ip̄m dum circūiret cū indignatōe repulit. Cui dixit remigius. Amice
nō ſit tibi duꝝ vt hoc molendinū ſimul habeamꝰ At ille vt eum reiecit
ſtatim rota molendini in cōtrariū verti cepit. clamauitqʒ poſt ſanctum
remigiū dicēs. Serue dei veni ⁊ habeamꝰ p̄iter molendinum Cui ille.
Nec mihi nec tibi. Statimqʒ ſe terra aꝑuit. ⁊ molendinū penitꝰ deglu
tiuit. Preuidens remigius famē futurā. cum in villa quadā bladi cu
mulos cōgregaſſet. inebriati ruſtici ſenis prudentiā deridētes ignē ſup
poſuerunt. Qđ illi audiēs illuc venit. ⁊ p̄ frigore etatis ⁊ veſptini tp̄is
ſe calefacere cepit. et trāquillo corde dixit. Semꝑ focus bonus eſt. Ve
rūtamē q̄ hoc fecerūt et poſteri eiꝰ. viri in genitalibꝰ rupti. femīe guttu
roſe erūt. Qđ ſic in illis euenit quouſqʒ ꝑ karolū ſunt diſperſi. Notā
dum aūt ꝙ illud feſtū ſancti remigii qđ agit̄ in menſe ianuarii eſt feſtū
de felici obitu illius. Illud aūt dꝛ eſſe de eiꝰ ſacri corpis trāſlatōe. Cuʒ
eñ corpus eiꝰ poſt ipiꝰ obitū ad ecc̄iam ſanctoꝝ thimothei ⁊ apollina
ris cū feretro deferretur. ſecuſ eccleſiā ſancti chriſtoferi cepit adeo pō
derare ꝙ nullatenꝰ moueri potuit. Tandē coacti rogauerūt dn̄m vt eiſ
oñdere dignaret̄. ſi forte in ecc̄ia illa ſancti chriſtoferi vbi nulle reliq̄e
ſanctoꝝ quieſcebāt ſepeliri vellet. Statimqʒ corpꝰ leuiſſime ſuſtulerūt.
et ip̄m ibi honorifice poſuerūt Ubi cum multa miracula fierent eccle
ſiam ampliauerunt Et facta cripta retro altare. cū effoſſum corpus ibi

reponere vellēt. mouere nullatenꝰ potuerūt. Cū aūt in oratōibꝰ ꝑnocta-
rent. et media nocte oēs ꝑiter obdormiuiſſent. in craſtinū ſcʒ kalen.
octobris inuenerūt ſepulcꝝ cū corꝑe ſancti remigii in illam criptā ab an-
gelis deportatum. Quod tū̄ poſt longum tꝑs in pulcriorē criptā eadē
die cum capſa argentea tranſlatum eſt. Floruit circa annum dñi q̄drin-
genteſimū nonageſimum

CXLIII.

## De ſancto leodegario

Leodegariꝰ dum om̄i virtute polleret. eduenſi eccl̄ie me-
ruit in pōtificē ꝓmoueri. Qui dū clotario rege decedēte cura
regni grauiꝰ ꝑmeret. voluntatē dei et ꝓncipū cōſilio childeri-
cum fratrē clotarii adoleſcentē valde ydoneū ꝑfecit in regē. Sʒ ebroinꝰ
theodoricū ipiꝰ childerici germanū ꝑficere nitebat. nō ꝓpter regni cō-
modum ſʒ qꝛ de poteſtate eiectꝰ ⁊ omnibꝰ odioſus irā regis ⁊ ꝓncipum
verebat. Timēs igit̄ ebroinꝰ licentiā a rege petiit ⁊ monaſteriū introi-
uit. Quo cōcedente: et fratrē ſuū theodoricū ne cōtra regnū aliq̄d mo-
liretur in cuſtodia detinente. ſanctitate et ꝓuidentia ep̄i pace mirabili
oēs gaudebāt. Sʒ poſt aliq̄d tꝑs rex malignoꝝ conſilio deprauatus
intm̄ in viri dei odiū incitatur ꝙ oportunitatē et modū mortis eiꝰ atte-
tius inq̄rebat. Sʒ ep̄s blāde ferens. ⁊ oēs inimicos ſuos vt amicos
amplectens. egit cū rege vt diē paſche in vrbe cui ꝑerat celebraret. Et
ecce illa die nunciatū eſt ei ꝙ rex in illa nocte quidquid de morte eiꝰ tra-
ctauerat ꝑficere decreuiſſet. At ille nihil trepidans. ſʒ illa die cuʒ rege
in menſa cōmunicās ꝑſecutorē ſic fugit ꝙ i luxunienſi monaſterio dño
ſeruiens etiā ebroino q̄ in monaſterio habitu latitabat ſedula caritate
ſeruiuit. Poſt modicū rex moritur et theodoricꝰ in regnū ſublimatur.
Qua ꝓpter leodegariꝰ populi ſui lacrimis ⁊ ꝑcibꝰ motꝰ ⁊ abbatis ipſo
cōpulſus ad ſedē ſuā rediit. ac ebroinꝰ ꝓtinus apoſtotauit ⁊ regis ſeneſ-
ſcallus ordinatꝰ eſt. Qui licet ꝓus malꝰ fuerit. tū̄ poſtea fuit peior. toto
qʒ ſtudio leodegariū occidere nitebatur. miſſis igitur militibꝰ q̄ euʒ ca-
perent. cū hoc leodegariꝰ ꝯperiſſet coꝝ furori cedēs dū in habitu ponti-
ficali de vrbe egrederetur a militibꝰ capitur q̄ ei ſtatim oculos eruerūt

¶ Poſt biennū ſcūs leodegariꝰ cum fratre ſuo garino quē ebroinꝰ ex-
ulauerat in palatiū regis eſt adductus Cū ad irriſionē ebroini ſapiēter
et pacifice r̄ñderet. nequā ille iuſſit garinū lapidibꝰ obrui ſanctūq́ʒ ep̄m
tota die nudis pedibꝰ ꝑ quendā fluuiū ſup acutiſſimos lapides decurrē-
tem deduci. Et audiēs ꝙ in his tormentis deū laudaret. linguā eius p̄-
ſcidi fecit. ⁊ poſtmodū cū cuidā cuſtodi tradidit vt ipm̄ nouis ſupplicijs
reſeruaret. Ille aūt vſum loquendi nō ꝑdidit: ſed p̄dicatōni et exhorta-
tioni ꝓut poterat vacabat. p̄dixitq́ʒ qn̄ et q̄liter ipſe et ebroinus ex hac
vita migrarent. Lux aūt in mēſa in modū corone caput eius circūdedit.

Quã cum multi vidiſſent quid hoc eſſet ab ipo epo queſierũt. At ipe ſe
in oratõe ꝓſternens grãs deo retulit. et omẽs aſtãtes vt meliꝰ vitã mu
tarent admonuit. Qḋ ebroinꝰ audiens ⁊ inuidẽs miſſis q̃ttuor ſpicula-
toribus ipm decollari p̃cepit. Cum ḡ ipm ducerẽt ait eis. Nõ eſt inq̃t
opus fratres vos diutius fatigari. Sȝ hic implete deſideriũ eiꝰ q̇ vos
miſit. Ad hoc tres illoꝝ adeo ſunt ꝯpuncti ꝙ ad pedes eiꝰ ꝓcidẽtes ve
niam p̃cabant. Quartꝰ vero cũ eũ decollaſſet: ꝓt inꝰ a demone arreptꝰ
⁊ in ignem ꝓiectus vitã miſerabiliter terminauit. Biẽnio expleto audi
ens ebroinus corpꝰ ſancti viri mltis miraculis illuſtrari. miſerabiliter
cruciatus inuidia. militẽ illuc miſit vt an ſi ſe haberet veritas intima-
ret. Miles aũt ſupbus et arrogãs cũ illuc veniſſet calce tumbã ſancti ꝑ
cutiens exclamauit. moriatur q̇ mortuum miracula facere poſſe credit.
mox ille arreptus a demonio ⁊ ſubito moriens. morte ſua ſanctũ ampli
us cõmendauit. His auditis ebroinus ampliꝰ inuidia torq̃batur et fa-
mam ſancti extinguere moliebatur. Sȝ iuxta p̃dicatõem ſancti gladio
nequiter nequã ipe occiditur Paſſus eſt aũt circa annũ dñi. dclxxx. tpe
conſtantini quarti

CXLIIII

## De ſancto franciſco

Franciſcus prius dictꝰ eſt iohẽs. ſȝ poſtmodũ mutato nomie
franciſcus vocatꝰ eſt. Cuiꝰ mutatõis nomis multiplex cauſa
fuiſſe videt. Primo rõe miraculi cõnotãdi. Linguã em̃ galli
cam miraculoſe a deo recepiſſe ꝯgnoſcit Vñ dr in legẽda ſua ꝙ ſp cum
ardoꝝ ſpũſſancti repleretur ardẽtia foris verba eructãs gallice loq̃bat
Secũdo rõe officii diuulgandi. Vñ dr in legenda ꝙ diuina ꝓuidẽtia ſi
bi hoc vocabulũ indidit. vt ex ſingulari et inſueto noĩe opinio miſterii
eius toti citius innoteſceret orbi. Tercõ rõe effectꝰ cõſequẽdi vt ſcȝ ꝑ
hoc daretur intelligi ꝙ ipe ꝑ ſe ⁊ ꝑ filios ſuos multos ſeruos peccati ⁊
dyaboli debeat frãcos et liberos facere. Quarto rõe magnanimitatis
in corde. Nã frãci a ferocitate ſunt dicti. qꝛ eis ineſt naturalis feritas:
et magnanimitas aioꝝ. Quinto rõe virtuoſitatis in ſermone. qꝛ ciꝰ ſer
mo inſtar ſecuris vicia incidebat. Sexto rõe terroris ĩ demonũ fugati
one. Septimo rõe ſecuritatis ex virtute et opeꝝ ꝑfectõe. ⁊ honeſtatis ĩ
ꝯuerſatõe. Aiũt em̃ frãciſcas dici ſigna q̃dã inſtar ſecuriũ q̇ rome ante
cõſules ferebãtur. q̇ erãt in terrorẽ. in ſecuritatẽ. ⁊ in honorẽ CA

Franciſcus ſeruꝰ ⁊ amicꝰ altiſſimi ĩ ciuitate aſiſii ortus et ne-
gociatoꝛ effectꝰ fere vſq̨ ad. xx. etatis ſue annũ tps ſuuȝ va
ne viuendo cõſumpſit. Quem dñs infirmitatis flagello corri
puit. ac in viꝝ alteꝝ ſubito trãſformauit. ita ꝙ iã ſpũ ꝓphetico pollere
cepit. Nã cum quadã vice ipe cũ plurimis a ꝑuſinis captꝰ diro fuiſſet
carceri mãcipatus. dolentibus aliis hic ſolus exultat. et redargutꝰ ſuꝑ

hoc a cōcaptiuis rn̄dit. Ideo me exultare noueritis. qꝛ adhuc ſanctꝰ ꝑ
totū ſeculū adorabor ¶ Quadā vice romā cauſa deuotōis ꝓficiſcens
veſtimenta ſua depoſuit. ⁊ paupis cuiuſdā veſtimenta induēs an̄ eccle
ſiam ſancti petri inter paupes ſedit. et cum eis velut vnus ex illis auide
māducauit. Et sepiꝰ ſimile feciſſet niſi notoꝝ verecūdia impediſſet.
¶ Antiquꝰ hoſtis eū a ſalubri ꝓpoſito conabaꝛ auertere. ⁊ feminā qn̄
dam ſue ciuitatis mōſtruoſe gibboſaꝫ cordi eiꝰ imittit. ⁊ niſi reſipiſcat
a ceptis. ſimilem ſe facturꝫ minaꝛ. Sꝫ a dn̄o cōfortatꝰ audiuit. Franci
ſce amara ꝓ dulcibꝰ ſume. et teipm̄ cōtemne ſi me cupis agnoſcere.
¶ Quendā igiꝛ lebroſum obuiū habens. cū huiꝰmodi homies naturali
ter multū abhorrētur. diuini tn̄ memor oraculi accurrens in oſcula eiꝰ
ruit. ⁊ poſt hoc ille ſtatim diſparuit. Quapp̄ter ad leproſoꝝ habitacl̄a
ꝓperat. et eoꝝ manꝰ deuote oſculās pecuniā donat. ¶ Eccleſiā ſancti
damiani orōis cā ingreditur ⁊ imago xp̄i cū miraculoſe alloq̄tur. Frā
ciſce inquid vade repa domū meā q̄ vt ceꝑnis tota deſtruitur. ab ea igi
tur hora aīa eius liq̄facta eſt et crucifixi cōpaſſio eiꝰ cordi mirabiliter
eſt infixa. Inſiſtit ſolicite eccīe repande. et venditis q̄ habebat cū pecu
niam cuidā p̄ſbitero daret et ille timore parentū recipe recuſaret corā
ipō eā ꝓiciens tanq̄ puluerē vilipendit. Quapp̄ter a patre ligatꝰ ⁊ ca
ptus pecuniā eidem reſtituit ac veſtē pariter reſignauit. et ſic nudꝰ ad
dn̄m euolauit et cilicio ſe induit. Aduocat inſup ſeruus dei q̄ndaꝫ ſim
plicem viꝝ quem loco p̄ris ſuſcipiens rogat vt cū pater eiuſ maledicta
cōgeminet ipſe ſibi ecōuerſo bn̄dicat. ¶ Frater eius carnalis hyemali
tp̄e franciſcū vilibus pāniculis tectū oratōi vacantē et tremebundum
videns ait cuidā. Hic frāciſco vt de ſudore ſuo vnā tibi nūmatam ven
dat. Quod ille audiens alacriter rn̄dit. Reuera ergo hāc dn̄o meo vē
dam ¶ Quadā die dū audiret ea q̄ dn̄s diſcipulis ſuis ad p̄dicandum
miſſis locutꝰ eſt. ſtatim ad vniuerſa ſeruāda tota virtute ꝯſurgit. Sol
uit calciamenta de pedibus. tunica vna ſꝫ vili induitur. et pro corrigia
mutauit funiculū. ¶ Tempe niuis ꝑ ſiluā ambulās a latronibꝰ capitur
et ab eis q̄s ſit req̄ſitus p̄conē ꝫ dei ſe eſſe aſſeruit. Quē illi arripiētes in
niuem ꝓiciunt dicentes. Iace ruſtice p̄co dei ¶ B ¶ Multi nobiles et
ignobi les clerici et laici ſpreta ſeculi pompa eius veſtigiis adheſerunt
quos pater ſanctus docuit euangelicā ꝑfectōꝫ implere paupertatē ap
prehendere et per viā ſancte ſimplicitatis incedere. ¶ Scripſit p̄terea
euangelicā regulā ſibi et ſuis fratribus habitis et habendis quaꝫ dn̄s
papa innocentiꝰ ꝯfirmauit. Cepit extūc feruentiꝰ verbi dei ſem̄ia ſpar
gere et ciuitates et caſtella feruore miraculi circūire ¶ Frater quidam
erat. q̄ntum a foris videbatur. eximie ſanctitatis ſꝫ tn̄ admodū ſingula
ris. q̄ tanta diſtrictiōe ſilentiū obſeruabat. vt nō verbis ſꝫ nutibus cōfi
teretur Cūq̄ꝫ ſanctꝰ ab omnibꝰ laudaretur. vir dei illuc aduenīēs dixit

Simite fratres: nec mihi in eo dyabolica figmenta laudate. Moneatur
ſemel vel bis in hebdomada ↄfiteri. Q̄d ſi nō fecerit dyabolica tēptatō
eſt. ⁊ deceptō fraudulēta. Monētibuſq; illū fratrib⁹. digitū ori ſui ipo-
ſuit. et caput cōcutiēs ſe nullaten⁹ cōfeſſuꝝ innuit. Nō poſt multos dieſ
ad vomitū redijt. ⁊ in facinoroſis actib⁹ vitā finiuit. ¶ Fatigat⁹ in iti-
nere ſeruus dei dum aſinū eq̄taret. ſocius eius frater leonardus de aſi
ſio ſimiliter fatigat⁹ intra ſe cepit cogitare ac dicere. Nō de pari lude
bant hui⁹ parētes et mei. Et cōtinuo vir dei de aſino deſcendens dixit
fratri ſuo. Nō ↄuenit me eq̄tare. et te peditē venire. q; nobilior me fui-
ſti. Stupefactus frater ad pedes patris ꝓcidit et veniam poſtulauit.
¶ Tranſeunti ſibi aliq̄n mulier quedā nobilis cōcito gradu occurrit. cu᷒
laſſitudinē ⁊ intercluſos anhelitus miſerat⁹ quidnā req̄reret inquiſiuit.
Et illa. Ora p me pater. q; ſalubre ꝓpoſitū q̄d cōcepi: viro impediēte nō
exequor. ſed in ſeruitō xp̄i mihi plurimū aduerſatur. Cui illa. Vade fi
lia. q; cito de eo cōſolatōem recipies. et ex pte dei omnipotētis et mea
ſibi denuncies q̄ nūc eſt tps ſalutis. poſtmodū equitatis. Qua denunci
ante, vir ſubito immutatur. et cōtinentiā pollicetur. Cuidā ruſtico in q̄
dam ſolitudine ſiti deficienti. fontē aque ibidem ſuis oratōibus ipetra
uit. ¶ Cuidā fratri ſibi admodum familiari ſecretū hoc ſancto inſtigā
te ſpū retulit dicens. Hodie eſt aliquis ſeruus dei ſup terrā ꝓpter quē
quo aduixerit nō pmittet dn̄s famem ſup homines deſeuire. Sꝫ ſic p-
culdubio fuiſſe narratur. Sed illo ſublato tota in cōtrariū cōdicio per
mutatur. Nā poſt eius felicē tranſitū p̄dicto fratri apparuit dicenſ. Ec
ce iam venit fames: quā donec viuerē ego: venire ſup terrā dn̄s non p-
miſit. ¶ In feſto paſche cū fratres in heremo greci. menſam accurati⁹
ſolito albis et vitreis p̄paraſſent. et vir dei hoc cōſpexiſſet ꝓtinus greſ
ſum retrahens capellum cuiuſdā paupis q̄ tunc aderat capiti ſuo impo
nit. ⁊ baculū manu geſtās foras egredit. et ad hoſtiū p̄ſtolatur. Man-
ducantibus igitur fratribus clamabat ad hoſtiū vt amore dei pegrino
paupi et infirmo elemoſinā largiātur. Vocat⁹ paup ingreditur. ⁊ i ter
ra ſolus recūbens diſcum ponit in cinere. Q̄d videntes fratres ſtupore
nimio ſūt repleti. Quib⁹ ille ait. Menſam vidi paratā ⁊ ornatā. ⁊ pau
perum hoſtiatim euntiū vnicū nō eſſe cognoui. ¶ Paupertatem in ſe et
in aliis a deo diligebat. vt paupertatem dominā ſuā ſemp vocaret. Si q̄n
pauperiorē ſeipo videret ꝓtinus inuidebat. et ſe ab alio vinci timebat.
Nam et cū die quadā pauperculum quendā obuiū habuiſſet. ait ſocō ſuo
Magnā verecundiā intulit nobis hui⁹ inopia. et noſtrā paupertatem
plurimū reprehēdit. Nam p meis diuitiis meā dn̄am paupertatē elegi
⁊ ecce amplius relucet in iſto. ¶ Dum q̄dam paup coram eo tranſiret. ⁊
vir dei intima fuiſſet cōpaſſione commotus. dixit ei ſocius. Et ſi hic ſit
pauper ſed forſitan in tota ꝓuintia non eſt eo ditior voluntate. Cui vir

dei dixit. Cito tunicam tuã exue. et pauperi tribue. et ad eius pedes pro
ſtratus culpabilem te clama. Cui ille ꝓtinus obediuit. ¶ Quadã vice
tres mulieres facie ⁊ habitu ⁊ ꝑ omnia ſimiles obuias habuit. que eum
taliter ſalutauerunt. Beneueniat dñа paupertas. ⁊ cõtinuo diſparuerũt
⁊ vltra viſe nõ ſunt. ¶ Cum ad ciuitatẽ aretii deueniſſet. et ibi bellũ in
teſtinũ ꝯmotũ fuiſſet. vidit vir dei de burgo ſuꝑ terrã illam demões ex
ultantes. Vocanſq́ʒ ſociũ ſuũ nomine ſilueſtrũ: dixit ei. Vade ad portaʒ
ciuitatis et demonibus vt ciuitatẽ exeant ex ꝑte dei omnipotẽtis ꝑcipe
Qui feſtinans ante portam valenter clamauit. Ex parte dei ⁊ iuſſu pa
tris noſtri franciſci diſcedite demones vniuerſi. Sicq́ʒ omnes ciues
poſt modicum ad cõcordiam redierũt. Predictus aũt ſilueſter dum ad
huc ſacerdos ſecularis eſſet vidit in ſomnis crucem aureã de ore frãci
ſci ꝓcedentẽ. cuius ſummitas celos tangebat. cuius brachia ꝓtenſa in latũ
vtrãq́ʒ mundi ꝑtem amplexando cingebãt. Cõpunctus ſacerdos pro
tinus mundũ deſerit. ⁊ viri dei ꝑfectus imitator efficitur ¶ Exi
ſtente viro dei in orõe. dyabolus ter eũ ꝓprio noĩe vocauit. Cui cũ ſan
ctus r̃ndiſſet adiecit. Nullus eſt adeo in hoc mundo peccator. cui ſi cõ
uerſus fuerit. nõ indulgeat dñs. Sed q̇cunq́ʒ ſemetipſm̃ pñia durare
cauerit. miſericordiã in ꝑpetuo nõ inueniet. Continuo ſeruus dei ꝑ re
uelatõem cognouit hoſtis fallaciã. quõ niſus fuerit ad tepõrẽ eũ redu
cere. Cernens aũt hoſtis antiquus q2 ſic nõ ꝓualuit. grauẽ carnis tem
ptatõem eidẽ immiſit. Quõ vir dei ſentiẽs veſte depoſita cordula duriſ
ſima ſe verberat dicens. Eya frater aſine: ſic te manere decʒ. ſic ſubire
flagellũ. Sʒ cũ temptatõ nequaq̃ diſcederat. foras exiens in magnaʒ
niuem ſe nudũ demerſit. Accipiẽſq́ʒ niuẽ in modũ pile. vii. glebas com
pingit. q̃s ſibi ꝓponẽs cepit alloqui corpus. Ecce inquit hec maior vxor
tua. iſte quattuor duo filii ſunt et due filie tue. relique due ſunt ſeruus
et ancilla. Feſtina ergo om̃es induere. q̃m frigore moriunt̃. Si aũt eo
rum multiplex ſolicitudo te moleſtat. vni dño ſolicitus ſerui. Illico dya
bolus cõfuſus abſceſſit. et vir dei deũ glorificãs in cellã rediit Cum
apud dñm leonem cardinalem ſancte crucis ab eo rogatus aliq̃diu mo
raretur. nocte quadã demones ad ipm̃ venientes eũ grauiſſime verbe
rauerunt. Vocãſq́ʒ ſociũ. et rẽ ſibi apperiẽs ait. Demones ſũt caſtaldi
dñi noſtri. quos deſtinat ipe ad puniẽdos exceſſus. Ego vero offenſaʒ
nõ recolo quã ꝑ miſericordiã dei ſatiſfactõe nõ lauerim Sʒ forte ideo
caſtaldos ſuos ĩ me ꝑmiſit irruere. q2 maneo in curiis magnatũ. quod
fortitan fratribus meis pauperculis bonã ſuſpitionem nõ generat. quia
forte me extimãt deliciis abundare. Et ſurgens ſummo mane inde re
ceſſit. ¶ Exiſtente aliq̃n eo in oratõe: audiuit ſuꝑ tectũ domus cateruas
demonuʒ diſcurrentes cum ſtrepitu. Qui cõcitus foris exiẽs et crucis
ſignũ ſibi imꝑmens dixit. Ex ꝑte omnipotentis dei vobis dico demo

nes.vt quicq̄d vobis ꝑmiſſum eſt in meo corpe faciatis. Libēter enim
omnia ſuſtinebo.qꝛ cum maiorē inimicū nō habeā corpe.vindicabitis
me de aduerſario meo.dum in ipō vice mea exercebitis vltionē. Cōfu
ſi igitur demones euaneſcūt. ¶ Frater quidam ſociꝰ viri dei in extaſi
factus.inter ceteras celi ſedes vidit vnā digniſſimā et nobili glā ꝓful
gentem. Qui cū miraretur cui nā tā preclara ſedes ſeruaret̄ audiuit.
Sedeſ iſta vniꝰ de ruentibꝰ ꝑncipibus fuit.⁊ nūc humili frāciſco para
tur. Et exiens ab orōe vir dei interrogauit dicēs. Quid de te opina
ris pater. Et ille. Videor mihi maximꝰ peccatorum. Statimqꝫ in corde
fratris ſpūs dixit. Cognoſce ꝙ vera fuerit viſio quā vidiſti.qm̄ ad ſe
dem ꝑ ſupbiā ꝑditā humilitas leuabit humilimū. ¶ In viſione ſer
uus dī ſupra ſe ſeraphin crucifixū aſpexit.q̄ crucifixionis ſue ſigna ſic
euidenter ei impſſit vt crucifixus videret̄ et ipē. Conſignātur manꝰ ⁊
pedes et latꝰ crucis caractere. Sꝫ diligenti ſtudio ab omniū ocul' ipſa
ſtigmata abſcondebat. Quidam tn̄ hec in vita viderūt. Sed in morte
plurimi cōſpexerūt. Qd̄ aūt hec ſtigmata ꝑ omīa vera extiterint mul
tis miraculis oñſum eſt. Quorꝫ duo que poſt eius obitū ꝯtigerūt hic i
terſerere ſufficiat. ¶ In apulia vir quidā nomine rogeriꝰ añ imaginē
ſancti franciſci ſtans cepit cogitare dicens. Eſſet ne hoc verum vt ta
li claruiſſet miraculo.an pia fuiſſet illuſio ſiue ſuorꝫ fratrꝫ ſimulata in
uentio. Qd̄ dum mente reuolueret: ſubito audiuit ſonū quaſi ſpiculum
ꝓſiliens de baliſta.ſenſitqꝫ ſe in ſiniſtra manu grauiter vulneratū. Sꝫ
cum in cirotheca nihil leſionis appareret cirothecā de manu extraxit.
⁊ graue vulnus quaſi ſagitte in palma cōſpexit.ex quo tāta vis ꝓcede
bat ardoris vt totus ex dolore ⁊ ardore deficere videretur. Cumqꝫ pe
niteret.⁊ ſe beati franciſci ſtigmata credere veraciter teſtaret̄.pꝰ duoſ
dies dum ſanctum dei ꝑ ſua ſtigmata exoraſſet.fuit continuo liberatꝰ.
¶ In regno quoqꝫ caſtelle cum quidam vir ſancto franciſco deuotꝰ ad
completorium pergeret.ab inſidiis ad mortem alterius ibi paratis ex
errore impetitur.et letaliter vulneratus ſemiuiuus relinquitur. Dein
de gladium in gutture crudelis lictor infixit.et extrahere non valēs re
ceſſit. Fit vndiqꝫ cōcurſus et clamor.et ab omnibus plangitur mortuꝰ.
Cum aūt nocte media campana fratrum ad matutinas pulſaret̄.vxor
clamare cepit. Mi dn̄e ſurge.et vade ad matutinas qꝛ campana te vo
cat. Statim ille manum eleuans videbatur alicui innuere vt gladiū ex
traheret. Et ecce videntibꝰ omnibus gladius quaſi validiſſimi iactatꝰ
manu pugilis eminus ꝓſiliuit. Statimqꝫ ille pfecte ſanatus ſe erexit
dicens. Beatus franciſcus ad me veniens.ſuaqꝫ ſtigmata meis vulne
ribus apponēs.eorꝫ ſuauitate cūcta vulnera deliniuit.et ꝯtactu mirifi
ce ſolidauit. Qui cū vellet diſcedere.ſibi innuebā vt gladiū abſtraherꝫ
quia loqui aliter nō valebā. Quē ſtatim apprehendēs valide proiecit ⁊

ſtigmatibꝰ ſanctis vulneratū guttur demulcēs ꝑfecte ſanauit In vrbe
roma clara illa luminaria orbis ſcʒ beatꝰ frāciſcus et beatꝰ dominicus
corā dn̄o hoſtiēſe q̄ poſtea fuit ſummꝰ pōtifex aderant Dixitqʒ ei ep̄s
Cur nō facimus de veſtris fratribus ep̄os et ꝑlatos qui documento ⁊
exemplo ceteris ꝓualent. Fit inter ſanctos de rn̄dendo longa contentio
Uicit tandē humilitas franciſcū ne ſe ꝑponeret. Uicit ⁊ dominicum vt
ꝑmo rn̄dendo humiliter obediret. Dixit ergo beatꝰ dominicꝰ. Dn̄e gra
du bono ſi cognoſcūt ſublimati ſunt fratres mei. nec ꝑ meo poſſe ꝑmit
tam vt aliud aſſequanť ſpecimē dignitatis. Poſt hoc rn̄dens ſcūs frāci
ſcus dixit. Dn̄e minores ideo vocati ſunt fratres mei vt maiores fieri
nō ꝑſumant. ¶ Igitur beatꝰ franciſcus colūbina ſimplicitate plenꝰ om
nes creaturas ad creatoris hortať amorē. ꝑdicat auibꝰ. auditur ab eis
tāgunť ab ipo. nec niſi licēciate recedūt. Irūdines dū eo ꝑdicāte garri
rent. ipo imꝑante ꝓtinꝰ ꝯticeſcūt ¶ F Apud ꝑciunculā iuxta eiꝰ cellā
cicada in ficu reſidens frequēter canebat. Quā vir dei manū extendēs
vocauit dicēs. Soror mea cicada veni ad me. Que ſtatim obediēs ſup
eius manū aſcēdit. Cui ille. Canta ſoror mea cicada ⁊ dn̄m tuū lauda.
Que ꝓtinꝰ canēs nō niſi licēciata receſſit. Parcit lucernis lāpadibꝰ et
candelis nolēs ſua manu deturpare fulgorē. Sup petras reuerēter am
bulat intuitu eius q̄ dr̄ petra. Legit de via vermiculos ne tranſeuntiuʒ
pedibꝰ cōculcētur. Et apibus ne media pereāt glacie hiemali mel ⁊ op
tima vina iubet apponi. Fraterno nomine aīalia cuncta vocabat. Mi
ro et ineffabili gaudio replebať ob creatoris amorē cū ſolē lunā et ſtel
las intuebať ⁊ eas ad creatoris amorē inuitabat. Coronā ſibi magnā
fieri ꝓhibebat dicens Uolo ꝙ fratres mei ſimplices ꝑtem habeāt in ca
pite meo. ¶ Uir quidā ad modū ſecularis. cū ſeruū dei franciſcuʒ apud
ſanctū ſeuerinū ꝑdicantē inueniſſet. vidit deo ſibi reuelante ſanctū frā
ciſcum duobꝰ trāſuerſis enſibꝰ valde fulgentibꝰ in modū crucis ſigna
tum. quoꝝ vnꝰ a capite vſqʒ ad pedes. aliꝰ a manu in manū per pectus
tranſuerſaliter tendebatur. Quē cuʒ nunꝙ vidiſſet tali indicio recogno
ſcens cōpunctꝰ ordinē introiuit. et vitā feliciter cōſummauit Cum in
firmitatem oculoꝝ ex fletu cōtinuo incurriſſet. ſuadentibꝰ ꝙ abſtineret
a lacrimis ſic rn̄dit. Nō eſt ob amorem luminis qđ habemꝰ cōmune cū
muſcis eterne lucis viſitatō repellenda. Cū aūt a fratribus vrgeretur
vt pateretur infirmitati viſus remediū adhiberi et cyrurgicꝰ inſtrumē
tum ferreū igne candēs i manu teneret. vir dei ait. Mi frater ignis eſto
mihi in hac hora ꝓpicius et curialis. ꝓcor dn̄m q̄ te creauit vt tuuʒ mi
hi calorē temperet. Et hoc dicens ſignū crucis ꝯtra illud edidit. Pro
fundatoqʒ illo in tenera carne ab aure vſqʒ ad ſupciliū nullum vt retu
lit dolorem ſenſit. ¶ Apud heremum ſancti vrbani ſeruo dei egritudi
ne validiſſima laborante. cū ipe defectū nature ſentiens vini poculum

poſtulaſſet. nihilqȝ adeſſet. allatã ſibi aquã ſigno crucis edito bñdixit.
Mox in optimũ vinũ ꝯuerſa eſt. Quod deſerti loci pau ꝑtas impetrare ñ
potuit. viri ſancti puritas impetrauit. Ad cuiꝰ guſtũ ſubito cõualuit
Malebat de ſe vituperiũ audire q̃ laudẽ. Et ĩo cũ populi merita in eo
ſanctitatis extollerẽt ꝑcipiebat alicui fratri vt verba ipm̃ vilificantia
ſuis auribꝰ ꝯculcãdo ꝓferret. Cũqȝ frater ille licet inuitꝰ eũ ruſticũ et
mercenariũ imperitũ et inutilẽ diceret. exhilaratꝰ dicebat. Bñdicat ti
bi dñs. q2 tu veriſſima loq̄ris. et talia me decet audire. ¶ Nõ tã ſeruꝰ
dei ꝑeſſe voluit q̃ ſubeſſe. nec tã ꝑcipe q̃ ꝑere. Idcirco generali cedenſ
officio gardianũ petiit. cuiꝰ ꝑ oĩa voluntati ſubiaceret. Fratri q̃ȝ cũ q̃
ſolitus erat ire ſp̄ ꝓmittebat obedientiã ꝛ ſeruabat. ¶ Cũ frater q̃
dam et cõtra legẽ obedientie aliq̃d feciſſet. et pñie ſigna hrẽt. vir tamẽ
dei ad alioꝝ terrorẽ eiꝰ capuciũ in ignẽ ꝓici iuſſit. Cũqȝ ꝑ morã capu
cium fuiſſet in medio ignis. ꝑcepit ipm̃ extrahi et fratri reſtitui. Extra
hitur igit̃ capuciũ de medio flamaꝝ nullũ habens aduſtionis veſtigiũ.
¶ Quodã tp̄e ꝑ paludes venetiaꝝ ambulãs: inuenit maximã auiũ ml
titudinem cãtantiũ in palude. dixitqȝ ad ſociũ. Sorores aues laudãt
creatorẽ ſuũ. Eamꝰ et in eaꝝ medio horas canonicas dño decãtemuſ
Quibꝰ intrãtibꝰ. aues mote nõ ſunt. Sȝ q2 ob nimiũ garritũ ſe inuicẽ
audire nõ potuerũt ait. Sorores aues a cãtu ceſſate. donec laudes de
bitas dño pſoluamꝰ. Quibꝰ ſtatim tacentibꝰ finitis laudibꝰ licentiam
cantãdi dedit. et ſtatim cantũ ſuũ more ſolito reſumpſerũt. ¶ Inuitatꝰ
deuote a quodã milite dixit ei. Frater hoſpes meis monitis acquieſce.
ꝛ peccata tua cõfitere. q2 cito alibi mãducabis. Qui ſtatim acq̄ſcens
domui ſue diſpoſuit. et pñiam ſalutarẽ accepit. Cũ q̃ ad menſaȝ intraſ
ſent. hoſpes ſubito expirauit. Cum q̄ndã auiũ multitudinẽ repiſſet. ꝛ
eas velut rõnis ꝑticipes ſalutaſſet dixit. Fratres mei volucres multũ
debetis laudare creatorẽ veſtꝝ. q̃ plumis vos induit. pẽnas ad volan
dum tribuit. aeris puritatẽ cõceſſit. et ſine veſtra ſolicitudine vos gu
bernat. Aues ãt ceperũt verſus eũ extẽdere colla. ꝓtendere alas. apire
roſtra. ꝛ in illũ attẽte reſpicere. Ille vero ꝑ mediũ eaꝝ trãſiens. tunica
ꝑtingebat eaſdẽ. nec tñ aliq̃ de loco eſt mota. donec licẽtia data omneſ
inſimul auolauerũt. Cũ apud caſtꝝ almariũ ꝑdicaret. ꝓpter garritus
irundinũ ibidẽ nidificantiũ audiri ñ poterat. Quibꝰ ille. Sorores mee
irũdines iã tp̄s eſt vt loquar ego. q2 vos ſatis dixiſtis. Tenete ſilẽtiũ
donec verbũ dñi ꝯpleat̃. Cui cõtinuo obediẽtes ꝓtinꝰ cõticuerũt. ¶ Tr
Trãſeunte aliq̃n viro dei ꝑ apuliã. vnã burſam magnã repperit ĩ via
denariis tumeſcẽtẽ. Quã ſociꝰ vidẽs accipe voluit vt paupibꝰ erogarȝ
Sȝ nullatenꝰ ille ꝑmiſit dicẽs. Nõ licet fili alienũ auferre. Sȝ cuȝ ille
vehemẽter inſtaret. frãciſcꝰ paululũ orãs iubet vt burſam tollat. q̃ iam
colubꝝ ꝓ pecunia cõtinebat. Quod vidẽs frater timere cepit. Sȝ obedire

volens et implere mãdatũ. burſam manibꝰ capit. ⁊ inde magnꝰ ſerpens
ꝓtinus exiliuit. Et ait ſanctꝰ. Pecunia ſeruis dei nihil aliud eſt ꝙ dya-
bolus et coluber venenoſus. Cũ frater quidã grauiter tẽptaretur. cogi
tare cepit ꝙ ſi aliq̃d ſcriptũ de manu prĩs hr̃et ipa ꝓtinus tẽptatio fu-
garetur. Sꝫ cũ rem ſibi nullatenꝰ apire auderet. quadã vice vir dei vo
cauit eũ dicens. Porta mihi fili cartã et attramentũ. qꝛ laudes quaſdã
dei ſcribere volo. Quas cũ ſcripſiſſꝫ ait. Accipe cartã hãc: ⁊ vſqꝫ ad di
em mortis tue cuſtodias diligẽter. Statimqꝫ oĩs temptatõ ab eo receſ
ſit. Idem q̃ꝫ frater dñs ſanctꝰ infirmꝰ iacerꝫ cogitare cepit. Ecce mor
ti appropinquat pr̃. et ꝙ plurimũ cõſolarer ſi poſt mortẽ haberẽ tunicã
prĩs mei. Poſt modicũ ſanctꝰ franciſcus vocat eũ dicens. Tibi trado
tunicã iſtã. ⁊ poſt mortẽ meã ipam habeas pleno iure. Cũ apud alexã
driam lombardie cũ quodã honeſto viro hoſpitatus fuiſſet. ab eo roga
tur vt ꝓpter euãgelii obſeruantiã de omĩ appoſito mãducaret. Qui cũ
eius deuotõni aſſentiret. ille accurrẽs caponẽ ſeptennẽ ꝑparat mãducã
dum. manducãtibus illis: infidelis quidã amore dei elemoſinam petit.
mor vir dei nomen audiens bñdictũ: membꝝ ſibi tranſmittit caponis.
Reſeruat infelix datũ. ⁊ in craſtinũ dũ ſanctꝰ ꝑdicaret oñdit dicẽs. Ec
ce quales carnes comedit iſte frater quẽ vt ſanctũ honoratis. Nam mi
hi hoc in ſero tribuit. Sed cũ membꝝ caponis ab omnibꝰ piſcis videre
tur. velut inſanus ab omni populo increpatur. Qd cũ ille vidiciſſet eru
buit. ⁊ veniã poſtulauit. Redierũtqꝫ carnes ad ſui ſpẽm poſtꝙ redut ꝑ
uaricatoꝛ ad mentẽ. Dum quadã vice ad menſaꝫ ſederet ⁊ de paupta
te beate virginis ⁊ filie eius collatõ fieret. ꝓtinꝰ vir dei a menſa ſurgẽ
ſingultus ingeminat doloroſos. et pfuſus lacrimis ſup nudam humum
reliquum panem mãducat. Sacerdotalibus manibus quibus cõfici
endi dominici corpis ſacramentũ eſt collata poteſtas. magnaꝫ volebat
reuerentiam exhiberi. Unde ⁊ ſepe dicebat. Si ſancto cuiquaꝫ de celo
venienti et paupculo alicui ſacerdoti me cõtingeret obuiare. ad ſacerdo
tis manus deoſculãdas citius me cõferrẽ et ſancto dicerẽ. Expecta me
ſancte laurenti. qꝛ manus huiꝰ verbũ vite cõtrectãt et vltra humanum
aliquid poſſident. Miraculis multis in vita claruit. Nã panes ei
ad benedicendũ oblati multis infirmis attulere ſalutẽ. Aquã in vinum
ꝯuertit. ⁊ inde eger q̃dã guſtãs ꝓtinꝰ ſanitatẽ recepit. Et multa alia mi
racula fecit. Cũ vero ad dies iã appropinq̃ret extremos. longa infirmi
tate cõſectus. ſup nudã humũ poni ſe fecit. Fecitqꝫ oĩs fratres ibideꝫ
aſſiſtẽtes ad ſe vocari. ⁊ manꝰ ſingul' imponẽs omibꝰ ibi pñtibꝰ bñdixit
et inſtar cene dñice ſingulis buccellã panis diuiſit. Inuitabat vt moꝛi
ſui erat omnes creaturas ad laudẽ dei. Nã et morteꝫ ipam cũctis terri
bilem et exoſam hortabatur ad laudẽ. eiqꝫ letꝰ occurrit. ⁊ ad ſuũ inuita
bat hoſpitiũ dicens. Beneueniat ſoroꝛ mea mors. Ad extremã igitur

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

horā veniēs dormiuit in dn̄o. Cuiꝰ animā quidā frater vidit in modum
ſtelle ſilis lune in quātitate ſoli in ſplendore. ¶ Miniſter fratꝛ in ter
ra laboris noīe augꝰ. in hora iā vltima poſitꝰ. cū diu iā amiſiſſet loq̄lam
ſubito clamās dixit. Expecta me pater: expecta. ecce iam venio tecum.
Querentibus fratribꝰ quid diceret ait. Non videtis patrē noſtrū fran
ciſcum qui vadit in celum. Et ſtatim in pace obdormiuit: et patrē ſecu
tus eſt. ¶ Cum quedā dn̄a q̄ beato franciſco deuota extiterat viaꝫ vni
uerſe carnis fuiſſet ingreſſa. et clerici et p̄ſbiteri. feretro exequias cele
brantes aſtarēt. ſubito ſe mulier erigit ſup lectū. et vnū de aſtantibꝰ ſa
cerdotibus vocat dicēſ. Uolo p̄r cōfiteri. ego eīn mortua fuerā. ⁊ diro
erā carceri mācipanda. q̄m petūm q̄d tibi pandā nec dū ꝯfeſſa fueram
Sꝫ orāte ꝑ me ſancto frāciſco ad corpuſ mihi redire indultū eſt. vt illo
reuelato peccato veniam merear. Statimqꝫ vt iſtud manifeſtauero in
pace cernētibꝰ vobis quieſcā. Cōfeſſa igitur et abſolutōe recepta mox
in dn̄o obdormiuit. ¶ Cum fratres de vicera plauſtꝛ quoddā a quodā
viro mutuo peterent. Ille indignatus r̄ndit. Ego potius duos ex vob
cum ſancto franciſco excoriarem: q̄ꝫ plauſtꝛ meū vobis accōmodarem
Sed in ſe reuerſus ſemetipm̄ redarguit. et blaſfemie penituit. iram dei
formidans. Moxqꝫ filius eius infirmatur ⁊ ad extrema deducit̄. Qui
filium defunctū videns in terra volutabatur. et flens ſanctū franciſcū
inuocans dicebat. Ego ſum qui peccaui: me flagellari debuiſti. Redde
ſancte iā deuoti p̄cante. quē abſtuliſti impie blaſfemanti. mox filius eiꝰ
ſurrexit. et planctū ꝓhibens ait. Cum mortuus eſſem: ſanctꝰ frāciſcus
ꝑ quandā viā longā ⁊ obſcurā me ducēs. in quodā tandeꝫ me viridario
pulcerrimo collocauit. ac deinde dixit mihi. Reuertere ad patrē tuum
nolo te amplius detinere. ¶ Paup quidā cuidā diuiti debēs q̄ndaꝫ pe
cunie quātitatē rogauit vt ſancti franciſci amore ſibi terminū ꝓlonga
ret. Cui ille ſupbe r̄ndens. tali inquit loco te recludā. vbi nec frāciſcus
nec alius poterit te iuuare. moxqꝫ illū vinculatū in carcerem obſcuruꝫ
incluſit. Paulo poſt ſanctus franciſcus affuit. et fracto carcere ruptiſ
qꝫ vinculis hominē incolumē reduxit ad ꝓpria. ¶ k Quidaꝫ miles ſan
cti frāciſci opibus et miraculis detrahens. cum quadā vice luderꝫ ad
taxillos veſania et incredulitate plenus circumſtantibus ait. Si frāci
ſcus eſt ſanctꝰ. xviii. veniāt in taxillis. mox in eis ſenarius triplicatus
apparuit. et vſqꝫ ad nouem vices q̄libet ſuo iactu ter ſenos accepit. Sꝫ
inſaniā addens inſanie ait. Si verꝫ eſt q̄ franciſcꝰ iſte ſit ſanctꝰ cadat
hodie corpus meū gladio. Si vero ſanctꝰ nō eſt: euadā incolumis. Lu
do finito vt eius oratō fieret in peccatū. cum nepoti ſuo inferret iniuri
am ille gladium accipiens in viſcera patrui tranſfixit. et ꝓtinus inter
fecit. ¶ Uir quidam crure ſic perdito vt nullatenus ſe mouere poſſet.
ſanctum franciſcū talibus vocibꝰ inclamabat. Adiuua me ſcē frāciſce

memoꝛ deuotōis et ſeruitii qđ tibi impēdi. Nā in aſino meo te portaui
ſcōs pedes tuos et manꝰ oſculatꝰ fui. et ecce morioꝛ doloris hꝰ duriſſi-
mo cruciatu. Moxq; ille ſibi apparēs. cū ꝑuulo baculo q̇ thau i ſe figu
ram habebat locū doloris tetigit. ⁊ fracto apoſtemate ſanitatē ꝓtinus
recepit. Sȝ thau ſignū ſup locū remāſit. Hoc ſigno ſanctus franciſcus
lr̄as ſuas cōſueuerat cōſignare. ¶ Cum in caſtro pomereto in montanis
apulie puella quedā et patri et matri vnica fuiſſet defūcta. ⁊ mr̄ ſancto
franciſco deuota nimia triſticia fuiſſet abſoꝛpta. apparuit ei ſanctꝰ di-
cens. Noli flere. qꝛ lucerne tu lumen qđ deploras extinctū. mea eſt tibi
interceſſione reddendū. Mater igit̄ ſumpta fiducia: corpꝰ extinctū nō
ꝑmiſit efferri. ſȝ ſancti franciſci nomē inuocās: ⁊ mortuā filiā apprehē
dens eam incolumē alleuauit. ¶ In vrbe roma cum puer ꝑuulus de fene
ſtra palatii cecidiſſet: et penitꝰ expiraſſet. beatꝰ franciſcus inuocatur. ⁊
vite ꝓtinus reſtituitur. ¶ In ciuitate ſueſa cū quedā domꝰ corruēs q̄dā
iuuenē extinxiſſet. et cadauer iā in lecto ad ſepeliendū poſuiſſent. mater
beatū franciſcū tota deuotōe q̄ poterat inuocabat. Et ecce circa medi
am noctē puer oſcitauit: ⁊ ſanꝰ ſurrexit. et in laudis verba prorupit.
Frater iacobꝰ reatinꝰ cū in nauicula ꝑua fluuiū quendā cum fratribus
ꝑtranſiſſet. et ſociis iam ſup ripā poſitis poſtremo ſe ad nauis exitū ꝑ
pararet. reuoluta naue ipſe in ꝓfundū fluminis eſt dimerſus. Fratribꝰ
igitur ꝓ liberatōe ſubmerſi beatū franciſcū inuocātibus. ipo etiā cor
de vt poterat beati franciſci auxiliū implorāte. ecce ꝑdictus frater ꝑ ꝓ
fundum ſicut ꝑ aridā ambulabat. et demerſam nauiculā capiēs cū ea
ꝑuenit ad litus. Veſtimēta āt eiꝰ madida fcā nō ſunt. nec aque gutta ꝓ
ximauit ad tunicā ¶ CXLV

## ¶ De ſcā Pelagia.

Pelagia ꝑma feminaꝝ antiochie ciuitatis. rebꝰ et diui ¶ A
tiis plena. corpe pulcerrima. habitu ambicioſa ⁊ vana. aīo ⁊
corpe impudica. Quadā vice ꝑ ciuitatē cū ambitōe maxima
trāſibat. ita vt nihil ſup eā niſi auꝝ et argentū et ꝑcioſi lapides viderē
tur. ita vt quocūq; iret. aerē diuerſoꝝ aromatū odoꝛe repleret. quam ꝓ
cedebat et ſequebat̄ multitudo maxima puellaꝝ et pueroꝝ. q̇ et ipi ꝑcla
ris erant induti veſtimentis. Quā quidā ſanctꝰ pr̄ nōie veronus ep̄us
elyopoleos q̇ nunc damiana vocatur videns amariſſime flere cepit. ex
eo qꝛ maioꝛem curā habebat placere mūdo q̄ ipſe hr̄et placere deo. Pro
cidenſq; ſup pauimentū. faciem ſuā cū terra ꝑcutiebat. et ipam terram
lacrimis rigās dicebat. Altiſſime deꝰ ignoſce mihi peccatori. qꝛ vnius
diei meretricis oꝛnatꝰ totiꝰ vite mee induſtriā ſupauit. Ne me dn̄e con
fundat vnius meretricis oꝛnatꝰ ante cōſpectum tremende maieſtatis
tue. Illa ꝓ terrenis ſummo ſe ſtudio decoꝛauit. Ego tibi imoꝛtali dn̄o

placere ꝓpoſui ⁊ ꝑ meā negligentiā nō impleui. Dixitqꝫ his q̄ ſecū erāt
In veritate dico vobis qꝛ deꝰ hāc ꝯtra nos in iudicio ꝓducturꝰ eſt.qm̄
hec tā ſolicite ſe depingit: vt terrenis amatoribus placeat.⁊ nos celeſti
ſponſo placere negligimꝰ. Dū hec ⁊ ſilia diceret.ſubito obdormiuit. Vi
ſumqꝫ eſt ſibi ꝙ quedā colūba nigra et fetida nimis circa eū celebrantē
miſſam volaret. Qui dum cathecuminos abſcedere ꝑcepiſſet.colūba di-
ſparuit.⁊ poſt miſſam rediēs.⁊ ab ipō epō in vaſe quodam aque merſa
munda ⁊ cādida exiens tā alte volauit ꝙ videri nō potuit. Euigilās igi
tur dū quadā vice ad eccl'iam ꝓcedēs ꝑdicaret.⁊ pelagia pn̄s eſſet adeo
ꝯpuncta eſt ꝙ ei lr̄as ꝑ nunciū miſit dicens. Sancto epō diſcipulo xp̄i.
pelagia diſcipula dyaboli. Si vere xp̄i diſcipulus cōprobaris.q̄ vt au-
diui ꝓ pctōribus de celo deſcendit.me peccatricē ſꝫ penitentē ſuſcipe
digneris. Cui ille remiſit. Rogo vt humilitatē meā non tēptes.qꝛ hō
peccator ſum. Sꝫ ſi vere ſaluari deſideras ſolū me videre non poteris
ſꝫ inter alios me videbis. Cūqꝫ ad eū corā pluribꝰ aduenisſꝫ. pedes eiꝰ
apprehendit.⁊ amariſſime flēs dicere cepit. Ego ſum pelagia pelagus
iniq̄tatis.exundās fluctibꝰ pctōꝝ. Ego ſum ꝑditōis abiſſus.ego vora-
go et laqueus aīaꝝ.multos deceptos decepi.q̄ nunc cūcta perhorrui.
Tūc epſ interrogauit eā dicens. Quō tibi nomen eſt. Cui illa. A nati
uitate pelagia vocor. Sꝫ ꝓpter veſtimentoꝝ pompā oīes me marga
ritam appellāt. Tunc epſ clemēter eā ſuſcipiens pn̄iam ei ſalutarem in
iunxit.⁊ in dei timore diligēter inſtruxit.et ſacro baptiſmate regenera
uit. Dyabolus āt ibidē clamabat dicens. O violentia quā patior ab hꝯ
ſene decrepito. O violentia.o ſenectꝰ mala. Maledictus dies in q̄ con
trarius natꝰ es mihi qꝛ ſpem meā maximā abſtuliſti. Quadā inſup no
cte cū pelagia dormiret.dyabolꝰ ad eā venit.et eam excitās dixit ſibi.
Dn̄a margarita q̄d vnq̄ꝫ tibi male feci. Nunq̄d nō omnibus diuitiis ⁊
gl'a te ornaui. Queſo dic mihi in quo te contriſtaui.et ꝓtinus ſibi ſatiſ
faciam. Tantū obſecro ne me deſeras.ne opprobrium chriſtianis effi-
ciar. Ipſa aūt ſe ſignauit.⁊ in dyabolum inſufflauit.⁊ ſtatim euanuit.
Die tercio omnia que habebat congregauit.et paupibus tribuit. Pꝰ
aliquot autem dies cunctis ignorantibus pelagia inde noctu aufugit.
⁊ in montem oliueti deuenit.vbi habitum heremite accipiēs in parua
cella ibidem ſe collocauit.et deo in multa abſtinentia ſeruiuit. Maxi-
me autem fame ab omnibus habebatur.et frater pelagius dicebatur.
Poſt hoc quidam dyaconus ſupradicti epiſcopi hieroſolimā cauſa vi
ſitandi loca ſancta aduenit. Cui dixit epiſcopus vt poſt ſanctorum loco
rum viſitationem quendam monachum nomine pelagium quereret.
et ipſum viſitaret.cum verus dei ſeruus eſſet. Quod cum ille feciſſet.
mox ab illa cognitus nequaquā ipſam propter nimiam maciem cogno
uit. Cui dixit pelagia. Habes epm̄. Et ille. Imo domine. Et illa. Oret

ꝓ me ad dñm.qꝛ vere aplus xpi eſt. Recedēs aūt inde:die tercia ad cel
lam eius rediit. Sꝫ cū ad hoſtiū ꝑcuſſiſſet.⁊ null⁹ ei aperuiſſet feneſtraꝫ
aperuit.⁊ mortuū eum inuenit ac vidit. Currēſqꝫ cū h̄ epo nunciaſſet.
eps et cler⁹ omneſqꝫ monachi ꝯuenerūt.vt tā ſcō viro exeqas celebra
rent. Cumqꝫ de cella corp⁹ ei⁹ extraxiſſent:repererūt ꝙ mulier eſſet.et
plurimū admirātes deo grās reddiderūt.⁊ ſanctū corp⁹ honorifice ſe
pelierūt. Obiit āt ocaua die intrāte octobri circa annos dñi.cclxxx.

CLXLVI

# De ſcā margarita

Margarita dicta pelagi⁹.virgo pulcerrima diues ⁊ no
bilis.tāta fuit parentū ſolicitudine cuſtodita ⁊ optimis mori
bus inſtructa.tātaqꝫ pudicicie honeſtate vigebat.ꝙ ab hoī
bus videri modis omnib⁹ renuebat. Deniqꝫ a q̄dā adoleſcēte nobili in
côiugiū querit̃.et vtriuſqꝫ ꝑentis aſſenſu cūcta nuptiis neceſſaria cum
immēſa diuitiaꝝ ⁊ deliciaꝝ gl'a ꝑparant̃. Cū ḡ nuptiaꝝ dies aduenit̃ꝫ
⁊ iuuenes ⁊ puelle ⁊ cūcta ſil' nobilitas añ thalamū iā paratū nuptiarū
feſta cū gaudio celebrarēt.virgo deo inſpirāte cōſiderās damnū virgi
nitatis tā dānoſis plauſib⁹ ꝯpari.ꝓſtrata in terrā cū lacrimis glaꝫ vir
ginitatis ⁊ nuptiaꝝ moleſtias tāta in corde ſua ꝯpenſatōe librauit.ꝙ
oīa hui⁹ vite gaudia q̄ſi ſtercora reſpuebat. Vñ nocte illa a viri côſor
tio abſtinēs.media nocte deo ſe recōmendāſ.tōſis crinib⁹ in virili habi
tu clam aufugit. Longe āt ad quoddā monaſteriū veniēs.⁊ fratrē pela
gium ſe appellās.ab abbate recept⁹ eſt.et diligēter inſtruct⁹. Qui tam
ſancte ac religioſe ſe habuit.ꝙ defuncto ſanctimonialiū ꝓuiſore de ſeni
orum cōſilio ⁊ abbatis imꝑio licet inuitus monaſterio virginū eſt ꝑlat⁹
Dū ḡ eis nō ſolū corpoꝝ ſꝫ etiā animaꝝ pabula continue ⁊ inculpabili
ter miniſtraret.dyabol⁹ ei inuidens ſtuduit q̄liter ꝓſpeꝝ eius curſū ob
iectu criminis impediret. Nā vnā virginē q̄ ꝑ forib⁹ erat in adulteriū
traxit.et intumeſcēte vtero cum iā celari nō poſſet.tantus pudor ⁊ do
lor omnes virgines ⁊ monachos vtriuſqꝫ monaſterii cōſternauit.ꝙ ſo
lus pelagi⁹ vtpote eaꝝ familiaris atqꝫ ꝑpoſitus ſine iudicio ⁊ examia
tione ab omnib⁹ cōdemnaret̃. Qui foras cum ignominia pellitur.ac in
quodā rupis ſpecu reduditur.ſibiqꝫ monachoꝝ ſeueriſſimus deputatur.
q̄ ſibi panē ordeaceū et aquā tenuiſſime miniſtraret. Quibus geſtis mo
nachi receſſerūt.et ſolum ibi pelagium reliquerūt. At ille omia patien
ter ſuſtinēs.in nullo turbatus fuit. Sꝫ ſemper grās deo referēs ꝑ ſcōꝝ
exempla ſe cōtinue cōfortabat. Tandē cū finem ſuū adeſſe cognouiſſet
abbati et monachis ꝑ lr̄as ſic mādauit. Nobili orta genere margarita
in ſeculo dicta fui.q̄ vt pelagus temptatōnum tranſirem pelagi⁹ mihi
nomen impoſui.vir ſum non ꝓ deceptōne mentita quod factis oſtendi.

De crimie virtutē obtinui. penitentiā egi innocens. ⁊ iam queſo vt q̄m viri feminā neſcierīt. ſancte ſorores ſepeliāt: ⁊ ſit expiatō viuentis. oſtē ſio morientis: vt feīe virgiem recognoſcant q̄m calūniatores adulterū iudicabant. His auditis mōachis ⁊ ſanctimōialibus ad ſpeluncā currentibus. pelagius a femis femina et virgo intacta cognoſcitur. ⁊ cunctis penitentiam agentibꝰ in mōaſterio virginum honorifice ſepilitur.

Finit legenda de ꝑma feminaꝝ antiochie ciuitatis abundātiſſima tādem pelagius appellata.

CCXLVII

## De ſancta thaiſi meretrice

Ca

Thaiſis meretrix vt in vitaſpatꝝ legiť tante pulcritudiſ extitit vt mlťi propť eā venditis ſubſtātiis ſuis ad vltiaꝫ pauptatem deuenirent. Sꝫ amatores ſui pre zelo litibꝰ inter ſe ꝯſertis freq̄nter puelle limia ſanguie replebant. Quod cū audiſſꝫ abbas pafūciꝰ ſumpto hitu ſeculari: ⁊ vno ſolido ꝓfectꝰ eſt ad eā in q̄dam egipti ciuitate. ðditq̄ꝫ ei ſolidū q̄ſi ꝓ mercede peccādi. Illa accepto ꝑcio ait illi. ingrediamur i camerā. Cunq̄ꝫ ingreſſꝰ eſſet. ⁊ lectū ꝑcioſis veſtibꝰ ſtratū aſcendere inuitaret: dicit ad eā. Si eſt interiꝰ cubicl'm in ipm eamꝰ. Et cum duxiſſꝫ eū ꝑ plura loca. ille ſꝑ dicebat. q̄ videri timebat. Illa aūt dixit. Eſt q̄dā cubicl'm vbi nullꝰ igreditur. Si vero deū times: nō eſt locꝰ q̄ deitati eius abſcōdatur. Quod cuꝫ ſenex audiſſꝫ dixit ei. Et ſcis eſſe deū. Cunq̄ꝫ illa rn̄diſſꝫ ſe ſcire deū ⁊ regnuꝫ futuri ſeculi. necnon ⁊ tormēta peccatoꝝ: dixit ei. Si ḡ noſti. cur tantas aīas ꝑdidiſti. Et n̄ ſolum ꝓ aīa tua: ſꝫ pro illoꝝ reddituta rōneꝫ dānaberis. Illa vero h̄ audiens ꝓuoluta ad pedes abbatis pafūcii cū lacrimis exorabat dicens. Scio eſſe penitentiā pr̄. ⁊ cōfido remiſſiōem te orante ſortiri. Cm̄ peto tribꝰ horis inducias: ⁊ pꝰ hoc quo iuſſeris ibo. ⁊ q̄cunq̄ꝫ ꝑcepis faciaꝫ. Cūq̄ꝫ locū illi abbaſ cōſtituiſſꝫ vbi vēire deberꝫ. Illa collectiſ oībꝰ q̄cūq̄ꝫ ex peccato lucrata fuerat. platiſq̄ꝫ i mediā ciuitateꝫ pplo ſpectante igne combuſſit clamās. Venite oēs q̄ peccaſtis mecū ⁊ vidēte: quō ea q̄ mihi cōtuliſtis exurā. Erat āt preciū auri libraꝝ q̄dringentaꝝ. Que cum oīa incendiſſꝫ ad locum q̄m abbaſ pafuncīꝰ conſtituerat perrexit: Quā ille repto virginū mōaſterio in cellulā puaꝫ recludens hoſtiū cellule plumbo ſiguit. et puam reliquit feneſtrā ꝑ quam ei victus modicꝰ inferretur. Iuſſitq̄ꝫ ei oībꝰ diebꝰ paꝝ panis ⁊ paululuꝫ aque a ceteris miſtrari. Cū āt ſenex diſcederet. thaiſis ad eum ait. Quo iubes pr̄: vt ex naturali meatu aquā meā effundā. Et ille. in cellam ſicut digna es. Cunq̄ꝫ iteꝝ quō deū deberet adorare inq̄reret rn̄dit. Nō eſ digna nomiare deum. neq̄ꝫ in labiis tuis nom̄ trinitatis adducere. ſed nec ad celum manꝰ expādere. q̄m labia tua plena iniq̄tate ſunt: ⁊ manꝰ tue ſordibus inq̄nate. Sed tm̄mō incūbens cōtra orientem reſpice. hūc ſmōem

freq̄nter iterans. Qui plaſmaſti me miſerere mei. Cum ꝗ̃ tribꝰ annū
fuiſſet incluſa: cōdoluit abbas pafūciꝰ: ꝛ ꝓfectꝰ eſt ad abbatē āthonis
vt ab eo req̄reret ſi remiſiſſet illi deus peccata ſua. Et narrata cā ſcūs
anthoniꝰ cōuocatis diſcipul' ſuis. precepit eis vt illa nocte vigilātes in
orōe ꝑſiſterēt ſingillatī: q̄tinus alicui ex his declararꝫ deus cām ꝓ qua
abbas pafunciꝰ venerat. Cū igitur inceſſant' oraſſent abbas paulꝰ ma
ior diſcipulus āthonii vidit ſubito ī celo lectū precioſis veſtibꝰ ornatū
quē tres virgīes clara facie cuſtodiebāt. Tres iſte virgines fuerūt ti
mor pene future q̄ ipſā a malo retraxit. Pudor culpe cōmiſſe q̄ ei veniā
ꝓmeruit. Amor iuſticie q̄ eā ad ſupna trāſuexit. Cumq; paulus illis di
ceret ḡtiam illam tm̄ eſſe anthonii. vox diuina r̄ndit. Non eſt ꝑris tui
anthonii ſed thaiſis meretricis. Quod cū abbas paulꝰ mane retuliſſꝫ
cognita dei voluntate. abbas pafunciꝰ cum gaudio diſceſſit. Et mox ꝑ
fectus ad mōaſterium hoſtiū celle diſſipauit. Illa vero rogabat vt ad
huc maneret incluſa. Dixit aūt ei. Egredere qm̄ remiſit tibi deꝰ pecca
ta tua. Et illa r̄ndit. Teſtor deum q2 ex quo huc ingreſſa ſum. ex oībus
peccatis feci velut ſarcinā ꝛ ſtatui an̄ oculos meos. et ſicut nō diſcedit
anhelitus de naribus meis. ſic non diſceſſerūt peccata mea ab ocul' meis
ſed flebam ſp̄ illa conſiderans. Cui abbas pafunciꝰ dixit. Non ꝓpt'
penitentiam tuā remiſit tibi deus peccata tua. ſed q2 timorem ſp̄ ha
buiſti in animo. Et cum inde illā eduxiſſꝫ. xv. dies ſupuixit ꝛ pauſauit
in pace. Abbas quoq; effrem aliā meretricem ſimili fere mō ꝯuer
tere voluit. Nā cū illa meretrix ſanctū effrē ad peccandū allicerꝫ im
pudenter dixit ei effrem. Seq̄re me. qua ſeq̄nte cū ad q̄ndam locū vbi
erat m̄ltitudo hoīm veniſſet dixit ei. Sede huc ut cōmiſcear tecū. ꝛ illa
Quomō poſſum hoc facere tāta multitudīe hic ſtante. Et ille. Si homi
nes erubeſcis: nōne mag̃ tuum debes erubeſcere creatorem q̄ reuelat
occulta tenebrarꝫ. Illa autem cōfuſa receſſit.

CXLVIII

# De ſancto dioniſio

Ca.

Dionisius interꝑtatur vehemēter fugiens. Uel dr̄ dyoniſiꝰ a dya
quod eſt duo: ꝛ niſus qd̄ eſt eleuatio quaſi ſm̄ duo eleuatꝰ ſcꝫ
ſm̄ corpꝰ ꝛ ſm̄ aīaꝫ. Uel dicitur a dyana quod eſt venꝰ ſcꝫ dea
pulcritudinis: ꝛ ſyos quod eſt deꝰ quaſi pulcer deo. Uel vt q̄dam aiūt
dicitur a dyoniſia q̄ vt dicit yſidorus eſt q̄daꝫ gemma nig̃ valens ꝯtra
ebrietatem. Fuit ergo vehemēter fugiens de mūdo, ꝓpter ꝑfectā abre
nunciatōem: Eleuatus ꝑ internorꝫ cōtemplatōeꝫ. pulcer deo ꝑ decorē
virtutum valens peccatoribꝰ cōtra ebrietatem viciorꝫ. Hic an̄ cōuer
ſiōem multa ꝑnoīa habuit: Uocatus eſt enī ariopagita a vico ī quo ha
bitabat. Item dictꝰ ē theoſophꝰ id eſt deum ſapiens Item a grecorum

ſapientibꝰ vſqʒ hodie dr̄ pterigion tuarami. quod latīe dicitur ala celi
qꝛ in celū ala ſpūalis intelligentie mirabilr̄ volauit. Item dictꝰ eſt ma
charius .i. beatus. Itē a patr[illegible] dictus eſt ionicꝰ. Ionica aūt vt ait pa
pias vna eſt ex linguis greco[illegible] vl̄ ionice ſunt genera rotundaꝝ colum
naꝝ: vl̄ ionicū vt idem dicit eſt pes q̄ hʒ duas correptas et duas lōgaſ
Per qd̄ oñditur ꝙ ipſe fuit ſapiens dñi ꝑ occultoꝝ inueſtigatōeʒ: ala ce
li ꝑ celeſtiū cōtemplatōem. beatꝰ ꝑ eternoꝝ poſſeſſiōem Per alia oſten
ditur ꝙ ipſe fuit mirabil̄ retboꝛ ꝑ eloq̄ntiā: eccleſie ſuſtentatoꝛ ꝑ doctri
nā: breuis ſibi ꝑ hūilitatē. lōgus alijs ꝑ caritateʒ. Aug. āt in li. viii. d̄
ci. dei dicit ꝙ ionicum eſt genus philoſophoꝝ. Diſtinguit enī ibidem
duo genera philoſophoꝝ. ſcʒ ytalicū quod eſt ex parte ytalie. ⁊ ionicuʒ
quod eſt ex parte grecie. Quia ergo dyoniſiꝰ ſūmꝰ erat phūs. ideo an
thonomaſice dicebatur ionicus. eius paſſiōeʒ ⁊ vitā grece dictauit me
thodiuſ conſtātinopolitanus. latine vero anaſtaſius apoſtolice ſedis bi
bliothecarius: vt dicit igmarus remoꝝ epiſcopus

Dyoniſius ariopagita a beato paulo apl̄o ad fideʒ xp̄i conuer
ſus fuit. Qui ariopagita a vico ciuitatis in q̄ hitabat dictꝰ
fuiſſe dicitur. Ariopagus ei erat vicus martis in q̄ ſcʒ erat
templū martis. Athenienſes enim ſingulos vicos denoīabant a dijs
quoſ colebāt vt vicū in quo colebatur mars vocabāt ariopagū: qꝛ ario
dicitur mars. Vicum ī quo colebāt pan vocabant panopaguʒ. Et ita
a ſingul̄ dijs ſingulos vicos denoīabant. Ariopagꝰ aūt erat vicus ex
cellentioꝛ: qꝛ ibi erat curia nobiliū et ſcole liberaliū artiū In h̄ g̃ vico
moꝛabaſ dyoniſiꝰ maximꝰ phuſ: q̄ ob plenitudiem diuinoꝝ numinū ⁊
ſapientie theoſophꝰ: id eſt deū ſapiens dicebatur. Erat et ſecū appollo
phanus eiꝰ cōphiloſophꝰ. ibi etiā erant epycuri q̄ ponebant felicitatē
homis in ſola corpis voluptate: ⁊ ſtoici q̄ in ſola animi virtute. In
die igitur dñice paſſionis cum tenebre facte fuiſſent ſup vniuerſaʒ ter
ram: philoſophi qui erant athenis: nō potuerūt huiꝰ cauſam in cauſis
naturalibꝰ inuenire. Nō fuit ei natural̄ eclipſis ſolis. Tum quia luna
fere erat eregione ad ſolem: eclipſis autem fieri ſolet in ſinodo ſolis et
lune Luna āt tunc erat q̄ntadecima: ⁊ ita in pfecta diſtātia a ſole. Tuʒ
quia eclipſis non aufert lumen vniuerſis ꝑtibus terre. Tum quia per
tres horas durare non pōt. Qꝫ autem illa eclipſis in vniuerſis ꝑtibus
terre lum̄ abſtulerit: patʒ ex eo ꝙ lucaſ euāgeliſta h̄ dicit. ⁊ ex eo ꝙ vni
uerſitatis dñs patiebatur: et ex eo ꝙ fuit apud eleopoliʒ egipti: ⁊ ex eo
ꝙ fuit rome et in grecia ſiue aſia miori. Qꝫ auteʒ fuerit rome: teſtatur
oroſius dicens. Cum dominus patibulo affixus eſt: maximo terremo
tu ꝑ orbem facto. ſaxa in montibꝰ sciſſa. maximaꝝqʒ vrbium plurime
ptes plꝰ ſolita cōcuſſione ceciderunt. Eodemqʒ die ab hora diei ſexta
ſol ī totū obſcuratꝰ eſt terra nox ſbito obducta terris eſt adeo. vt ſtellaſ

tunc diurnis horis: vł potiꝰ in horenda nocte toto celo viſas fuiſſe refe
ratur. Hec oroſiꝰ. ¶ Fuit etiā apud egiptū. Et huiꝰ meminit dyoni
ſius in ep̄l'a ad appollophanū dicens. Obfuſi nanqꝫ orbeſ vniformiter
tenebraꝝ caligine tabeſcente. vt purgatum redit ſolis dyametꝝ regu
lam philippi aridei aſſumpſimꝰ. Cunqꝫ repimꝰ quod et erat notiſſimū
ſolem pati moleſtias nō debere. aio ad te vaſte pitie ſacrariū adhuc ne
ſcimus tāte rei miſteriū. Quid inquā ſpecl'm doctrine appollophāi hiſ
ſecretis aſcribis ad q̄ tu mihi ore diuino ⁊ nō humāi ſenſus ſmōe. o bo
ne dyoniſi diuinaꝝ ꝑmutatōes ſunt reꝝ. Deniqꝫ notatū ferie diez ⁊ an
nū āanunciatōis quā paulꝰ nr̄is auribꝰ ſu ſpenſis intonuit. ſignis acda
mantibus recordari exptus. dedi veritati manꝰ ⁊ falſitatis ſum nexibꝰ
abſolutus. Hec dyoniſius. ¶ B Huiꝰ etiaꝫ meīt idem in ep̄l'a ad
policarpuꝫ loqns de ſe ⁊ appollophano dicens. Ambo apud elíopolíꝫ
tunc p̄ntes ⁊ coaſtantes inopiabil'r ſoli lunā incedentē videbamꝰ. Nō
enī erat cōueniens tempꝰ. Et rurſus ipſā a nona hora vſqꝫ ad veſpam
ad ſolis dyametꝝ ſupnaturalif reſtitutam. Eclipſim āt illā vidimuſ in
oriente incboatā: ⁊ vſqꝫ ad ſolarem terminū venientem: poſtea regredi
entem. Et rurſus nō ex eodē ⁊ defectū ⁊ purgatōem ſed econuerſo ſm
dyametꝝ factā. Tunc ei dyoniſiꝰ cum appollophano voto aſtrologice
diſcipline apud elyopolim egipti preerat: ⁊ poſtea inde reuerſus eſt.
Quod aūt fuerit in aſia teſtatur euſebius in cronica aſſerens ſe ī dictiſ
ethnicoꝝ legiſſe. ꝙ tunc in bithinia q̄ eſt ꝓuincia aſie minoris fuit terre
motus magnꝰ: ⁊ maior ſol' obſcuratio q̄̄ vnq̄ fuerit. ⁊ ꝙ dies hora ſeẋ
ita in tenebroſam noctē verſus ſit. vt ſtelle in celo viſe ſint: et ꝙ in nice
na q̄ vrbs eſt bithinie multas edes terremotus ſbuertit. ¶ Tandem
vt in hyſto. ſco. legitur philoſophi ad hoc adducti ſunt: vt dicerent ꝙ
deus nature patitur. Alibi tn̄ legit̄. ꝙ dixer̄t aut ordo nature puertif
aut elemēta mentiūtur: aut deus nature patitur: et elementa ſibi cōpa
ciuntur. Alibi quoqꝫ dicitur ꝙ dyoniſiꝰ dixit: Hec nox quā nouaꝫ mi
ramur totius mundi verā lucem aduenturā ſigt. Tunc athenienſes illi
deo aram cōſtruxer̄t. ⁊ ſuppoſitus eſt titulus. ignoto deo. Singulis ei
aris ſupponebatur titulꝰ indicās cui eſſent dedicate. Et cuꝫ vellent illi
offerri olocauſta ⁊ victimas: dixerunt phi. Honoꝝ noſtroꝝ non eget.
ſꝫ facietis genuflexiōes an̄ aram eiꝰ ⁊ ſupplicabitis ei: q2 nō querit ob
latōes pecoꝝ: ſed deuotōem animoꝝ. Cū ergo paulꝰ veniſſet athenas
epicuri et ſtoici phi cum eo diſputabāt. Quidam aūt dicebāt. Quid ſe
minator verboꝝ hic vl't dicere. Alii dicebāt: Nouoꝝ demōioꝝ videtur
annūciator eſſe. Adducentes ergo eū ad vicum phoꝝ: vt noua doctna
ibidem examen reciperet dixer̄t. Noua q̄dam infers auribus nr̄is. Vo
lumus ergo ſcire q̄dnam velint hec eſſe. Athenienſes autem ad nichil
aliud vacabāt: niſi aut dicere: aut audire aliquid noui. Cū ergo paulꝰ

ſingula deoꝝ altaria pluſtraſſꝫ:⁊ inter cetera ignoti dei altare vidiſſet
dixit ill' phs. Quē ignorātes colitis hūc ego ānuncio vob veꝝ deum
qui fecit celum ⁊ terrā. Deīn dixit dyoniſio q̄m pre ceteris mag doctū
in diuinis videbat Quis eſt dyoniſi ille deus ignotꝰ. Cui dyoniſiꝰ. Ipſe
eſt deus verꝰ q̄ inter ceteros deos nō eſt demōſtratus. Sed nob eſt ig
notus et ſeculo venturo futurꝰ:⁊ in ꝑpetuū regnaturꝰ. Et paulꝰ. homo
an tm̄ ſpūs eſt. Et dyoniſiꝰ. Deus et hō eſt. Sed iō incognitus eſt: q̄a
eius tm̄ in cel' cōuerſatio eſt.. Cui paulus. Ille eſt q̄m predico: q̄ de cel'
deſcendit. carnem ſuſcepit. mortē ſuſtinuit. ⁊ die tercia reſurrexit. Cū
aūt dyoniſiꝰ adhuc cum paulo diſputaret fortuitu trāſiit per viā cecus
corā eis. Statimqꝫ dixit dyoniſiꝰ paulo. Si dixeris huic ceco. in noīe
dei tui vide. ⁊ viderit. ſtatim credā. Sꝫ vitatis verb magicꝭ:qꝛ forte no
ſti verba que habent huiuſmōi efficaciā. ego formā verborum preſcri;
bam. In hac igitur forma verborum dices ei. In nomine ihesu christi
nati de virgine. crucifixi. mortui. q̄ reſurrexit:⁊ ad celum aſcendit vide
Sed vt oīs ſuſpicio tolleretur dixit paulus dyoniſio: vt hec ipſe verba
ꝓferret. Cum ergo in eadͦ forma dyoniſiꝰ ceco vt videret dixiſſꝫ: ꝓtinꝰ
viſum recepit. Stati dyoniſiꝰ cum damari vxore ſua ⁊ tota familia ba
ptizatus eſt:⁊ fidel' effectꝰ. Sicqꝫ a paulo ꝑ trienniū inſtructꝰ athenis
eps ordinatus eſt. Ubi ille predicatōi inſiſtens ipſā ciuitatē:⁊ maxīaꝫ
ꝑtem regiōis illiꝰ ad fidem christi adduxit. ¶ Huic paulꝰ ea q̄ i ter
cium celū raptus vidit reuelaſſe dr̄. ſicut ⁊ ipſe dyoniſiꝰ in pleriſqꝫ locis
inſinuare videtur. Uñ ⁊ dͤ gerarchiis ipſoꝝ āgeloꝝ ordinibus diſpoſitō
nibꝰ et officiis taꝫ luculenter ⁊ clare diſſeruit. vt non putares ipm̄ hoc
ab alio didiciſſe: ſed ipſū potiꝰ etiā vſqꝫ in terciū celū raptum eſſe. ⁊ ibi
hec oīa cōſpexiſſe. Prophetie ſpū claruit: ſicut patꝫ in epl'a quam miſit
ad iohānem euangeliſtā in pathmos inſulā in exilio relegatū vbi ꝓphe
tauit ꝙ iñ rediturus eſſet ſic dicens Gaude vere dilecte. vere amabilis
et deſiderabilis ⁊ diligibil' valde dilecte. Et infra. Ex cuſtodia q̄ eſt in
pathmos dimitteris. et ad terraꝫ aſie reuerteris: ⁊ facies ibi boni dei
imitatōes:⁊ his q̄ erunt poſt te trades ¶ Dormitōm beate marie inter
fuit ſicut ipſe i libro de diuinis noībus inſinuare videtur. ¶ Cuꝫ ergo
audiſſet petꝝ et paulum rome a nerōe in carceribus detineri epm ſibi
ſuſtituit et ad eos viſitādoſ acceſſit. Uerꝝ cuꝫ illi ad dn̄m feliciter migſ
ſent. ⁊ poſtmoduꝫ clemens preſideret. ab ipſo beato clemente pꝰ aliqͦd
ſpacium tp̄is in frāciā deſtinatur. ⁊ ſibi ruſticꝰ ⁊ eleuterius ſociantur.
Miſſus igitur pariſius venit. ⁊ multos ibidem ad fidem cōuertit:⁊ ec
cleſias plurimas fabricauit. et clericos diuerſi ordis collocauit. Tāta
autē in ea g̃tia celitus emicuit. ꝙ cum ſepius pōtifices ydoloꝝ contra
cum ſeditōem populi cōcitarent. et ppl's ad eum ꝑdendū ſepe cū armis
concurreret. mox illo viſo aut omni feritate depoſita ſe eius pedibus

pronoluebāt. aut nimio timore ſoluti ab eius pñtia fugiebant Sȝ dya:
bol⁹ videns et inuidens: ꝙ ꝗtidie ſui cultura decreſceret. ⁊ mltiplicatis
fidelibus eccl'ia triūpharet. domicianū imꝑatorem in tantā cōmouit ſe
uiciam vt ꝓceptuȝ daret. ꝙ ꝗcunqȝ cristianum aliꝗm reꝑiret: aut ipſuȝ
ſacrificare cogeret. aut diuerſis ſupplicijs cruciarȝ. Prefectus igitur
ſeſcenninus ꝯtra xpianos pariſius a roma directus. beatū dyoniſium
populo ꝑdicātem inuenit. ſtatimqȝ captū collaphizatum cōſputum de
riſum ⁊ loris duriſſimis alligatū. cū ſanctis ruſtico ⁊ eleuterio ſibi pre:
ſentari ꝓcepit. Cū ergo ſancti coram illo in cōfeſſiōe dei cōſtantes aſta
rent. ecce ꝗdam matrona nobilis aduenit. ⁊ virꝝ ſuū lubriū turpiter ab
bis magꝭ deceptū aſſeruit. Pro eius vtiqȝ viro citius mittitur: ⁊ in dei
confeſſiōe ꝑſeuerans iniuſte necatur. Sancti vero a duodecim militib⁹
flagellātur. Deinde magno pondere catenaꝝ conſtricti carceri manci:
pātur. Sequti die dyoniſius ſuꝑ cratem ferreā ſuppoſitis flāmis nud⁹
extenditur. vbi dño decantabat dicens Ignituȝ eloquiū tuū vehemēter
et ſuus tu⁹ dilexit illud. Inde aūt erigitur et ad beſtias ferociſſimas mł
to ieiunio excitatas ꝓijcitur. Sed cū in eum impetuoſe currerēt. ſignū
crucis oppoſuit. et māſuetiſſimaſ eas fecit. Deinde in clibanū iactatur
ſed extincto igne nil leditur. Cruci affigitur et diutius ibidem torꝗtur
Inde depoſitus cū ſuis ſocijs et mltis alijs fidelib⁹ carceri mancipatur.
Ubi dum miſſam celebraret: ⁊ pplm cōmunicaret. dñs iheſus eidē cū
immenſio lumīe apparuit. ⁊ panem accipiens ei dixit. Accipe h̄ care
meus. qꝛ mecū eſt maxima merces tua. Poſt hoc iudici pñtati iterꝝ nō
uis ſupplicijs mactātur. et iuxͣ ydolum mercurij cum ſecuribus. trium
capita in ꝯfeſſione trinitatis ꝑcidūtur. Statimqȝ corp⁹ ſancti dyoniſij
ſe erexit. ⁊ caput ſuū inter brachia. angelo duce. ⁊ celeſti lumīe ꝓceden
te. ꝑ duo miliaria deportauit. a loco ꝗ dicitur mons martirꝝ vſqȝ ad lo:
cuȝ vbi nunc ſua electiōe et dei ꝓuidentia requieſcit Tanta aūt ibidē
angeloꝝ melodya inſonuit. vt inter multos qui audierāt ⁊ crediderunt
etiā larcia vxor ꝑfati lubrij criſtianā ſe eſſe clamauit. Et mox ab ipſis
decollata et in ſuo ſanguīe baptizata occubuit. Filius aūt eius nomīe
virbius rome ſub tribus imꝑatoribus militauit. Deīn pariſi⁹ rediens
baptizatur. ⁊ religioſoꝝ numero ſociatur. Dum āt infideles metuerēt
ne ſcōꝝ ruſtici ⁊ eleuterij corpa xpiani ſepelirent. iuſſerūt vt in ſecana
mergerentur ¶ B ¶ Matrona aūt ꝗdaȝ nobił vectores ad ꝓndium in
uitauit: et illis epulātib⁹ ſcōꝝ corpa furtiue ſurripuit. et in agro ſuo oc
culte ſepeliri fecit. Que poſtea ꝑſecutōe ceſſante inde ſuſtulit. ⁊ corpori
beati dyoniſij honorifice ſociauit. Paſſi ſunt ſub domiciano anno dñi
xcvi. etatis vero beati dyoniſij. xc. ¶ Circa ānos dñi. dccc. xv. tempe
ludouici legati michaelis imꝑatoris ꝯſtātinopolitani inter cetera mu:
nera ōtulerūt ludouico filio Karoli magni libros dyoniſij ꝺ gerarchia

de greco in latinū trāſlatos. Qui cū gaudio ſunt recepti. et .xix. infir
mi ipſa nocte in eccleſia eiꝰ curati. Cum apud arelatem ſcūs regulus
eps miſſaꝝ ſolennia celebrarꝫ. apl'oꝝ noibꝰ in canōe recitatis adiunxit
et beatis martiribꝰ tuis dyoniſio ruſtico ⁊ eleuterio. Quo dicto cū ad
huc dei famulos viuere crederꝫ. plurimū mirari cepit. cur eoꝝ noia ſic
neſciens in canōe protuliſſꝫ. Et ecce eidem mirāti tres colūbe appuerīt
ſup crucem altaris reſidentes q̄ ſcōꝝ martiꝝ noia habebāt ſuis pecto
ribꝰ ſanguie inſignita. Quas diligenter intuens ſcōs migrāſſe a corpore
intellexit. Circa ānū dn̄i. dcxliiii. dagobertꝰ rex frācoꝝ: vt in q̄dā ha
bet crōica q lōge aū pipinū regnauerat. a ſua puericia ſcūꝫ dioniſiū in
mag̃ vēeratōe hr̄e cepit. Nā ⁊ qn̄ dotarii pr̄is ſui iraꝫ metuebat: ad ec
cleſiam ſci dyoniſii cōtinuo fugiebat. Cum ḡ factus iam rex mortuus
fuiſſet. cuidā ſcō viro in viſiōe monſtratum eſt. ꝙ aīa eius ad iudicium
rapta fuit et multi ſancti ſuaꝝ eccl'iaꝝ expoliatōem obiiciebant eidem.
Cum ergo mali angeli iam ad penas rape eā vellent. affuit beatꝰ dyo
niſius ⁊ eiꝰ interuentu liberata eſt: ⁊ penā euaſit. Forte eni eius anima
ad corpꝰ rediit. et ibi penitentiā egit. Clodophēꝰ rex corpꝰ ſci dyoni
ſii minus religioſe diſcoopiens os brachii eius fregit ⁊ cupide rapuit
qui mox i amentiā verſus eſt. Et nota ꝙ ignarus eps remenſis dicit
in epl'a quā miſit ad karolum. ꝙ iſte dyoniſiꝰ miſſus in galliā fuit dyo
niſius ariopagita. vt ſ̄ dictus eſt. Idem teſtatur iohānes ſcotus i epl'a
ad karolū. Nec forte ratio ex computo temporis contradicit. ſicut ali
qui obiicere voluerunt.

CCXLIX

# De S. calixto

Calixtus pp̄ anno dn̄i. ccxxii. ſub alexandro impatore martiriū
paſſus eſt. Cuius tpibus ps eminentōꝛ vrb rome diuino eſt in
cendio ɔcremata. ⁊ ſiniſtra manꝰ iouis aurea liquefacta. Tūc
oēs ſacerdotes ad alexādꝝ impatorē venerīt petenteſ: vt dii irati ſacri
ficiis placarentur. Dū ergo offerrent ſubito celo ſereno. mane die io
uis diuino fulmīe quatuoꝛ ſacerdotes ydoloꝝ mortui ſunt. et ara iouis
concremata eſt. ⁊ ſol obſcuratus eſt. ita vt ppl's romanus fugerꝫ extra
muros. Audiens aūt palmatius cōſul ꝙ calixtꝰ cum ſuis clericis trāſ
tiberim latitaret. rogauit vt criſtiani per quos hoc malum contigerat
ad purgatōnem ciuitatis penitus delerentur. Palmatius itaqꝫ pote
ſtate accepta. cum illuc cū militibꝰ properaſſet: ſed illi ꝓtinus exceccati
fuiſſent. territus alexandro hoc ꝓrimus nunciauit. Tunc impatoꝛ iuſſit
vt die mercurii omnis ppl's conueniret. et mercurio imolaret: vt ab eo
ſup his reſponſa acciperet. Quod dum fierꝫ. virgo q̄dam templi noīe
iuliana arrepta a demone exclamauit. Deus calixti eſt verꝰ ⁊ viuꝰ deꝰ
qui noſtris eſt pollutōibꝰ indignatus. Qd audiens palmacius trans

tiberim ad vrbē rauennātiū ad ſcm̄ calixtū acceſſit. ⁊ cum vxore ſua et
familia ſe ab eo baptizari fecit. Quod audienſ imꝑator accerſitū ſimpli
cio ſenatori tradidit. vt verbis blandis eum moneret ex eo ꝙ reipublice
plurimū neceſſarius eſſet. Palmacio vero ieiuniis ⁊ orōibꝰ ꝑſeuerāte
venit ad eum quidā miles ꝓmittens ꝙ ſi vxorem ſuā paraliticam ſanarꝫ
ꝯtinuo crederet. Cum ergo palmaciꝰ orarꝫ. illa ſanata ad palmacium
cucurrit dicens. Baptiza me ī noīe xp̄i qui tenuit manū meā ⁊ alleua;
uit me. Tunc calixtus veniens ipſam cum viro ſuo ⁊ ſimplicio ⁊ mltis
aliis baptizauit. Quod audiēs imꝑator iuſſit oms baptizatos decolla
ri. Calixtū vero. v. diebus ſine cibo et potu manere fecit. Ille autē vi
dens eum ampliꝰ cōfortari iuſſit eū diebꝰ ſingulis fuſtigari. deinde per
feneſtram precipitatū alligatumqꝫ ſaxo in puteum precipitari. Aſteriꝰ
aūt pſbiter corpus eiꝰ de puteo eleuauit. ⁊ ipſum in cimiterio calipodii
ſepeliuit.

CXL.

# De B. Leonardo

A.

Leonardus dicitur odor ppl'i. a leos qd̄ eſt ppl's et nardus qd̄
eſt herba redolens: quia odore bōe fame ppl'm ad ſe trahebat
Uel leonardꝰ dicit̄ quaſi legens ardua. vl' leonardus dicitur
a leone. Leo enī quatuor habet in ſe. Primo hꝫ fortitudiēm quam for
titudinē: vt dicit yſidorus: habet in pectore et in capite. Sic beatꝰ leo
nardus habuit fortitudiēm in pectore ꝑ malarum cogitatōum refrena
tionem. ⁊ in capite per infatigabilem supernoꝝ contemplatōnem. Se
cundo habet ſagacitatem. et hoc in duobꝰ. ſcꝫ in apertōne oculoꝝ cum
dormit. et in deletōe veſtigioꝝ cū fugit. Sic leonardus vigilauit ꝑ la;
borem actōis. ⁊ vigilando dormiuit ꝑ quietē contemplatōis. ⁊ in ſe de
leuit veſtigia totius mundane affectōnis. Tercio hꝫ virtuoſitatem in
voce: qꝛ eius vox tercia die ſuſcitat leunculū natū mortuū. et omnem
beſtiā figere facit gradum. Sic leonardus multos mortuos in peccatis
ſuſcitauit. ⁊ ml'tos beſtialiter viuentes in operibꝰ bonis fixit. Quarto
habꝫ timorem in corde: qꝛ ſ̄m yſidoꝝ duo timet. ſcꝫ ſtrepitum rotarum
et ignem accenſum. Sic leonardꝰ timuit et timendo vitauit ſtrepitum
mundane ſollicitudīs: et ideo in deſertum fugit. et ignem terrene cupidi
tatis: et ideo omnes theſauros ſibi oblatos contempſit.

B.

Leonardus fuiſſe dicitur circa annum domini. d. Hic a ſancto
remigio remēſi archiepiſcopo de ſacro fonte leuatus. ⁊ ab ipſo
ſalutaribus diſciplinis inſtructuſ eſt. Cuiꝰ parentes ꝑmi in pa
latio regis francie habebātur. Hic tantam grām a rege obtinuit: ꝙ

omnes incarcerati quos ipſe viſitabat ꝓtinus abſoluebātur. Cum igit̄
fama ſanctitatis eius excreſceret. rex multo tp̄e eū ſecū manere coegit
donec oportuno tempe ei ep̄atum donaret. Quod ille renuit ⁊ ſolitudi
nē deſiderās r̄lictis oībus aurelianū predicādo cū fr̄e ſuo liſardo deue
nit. Ubi poſtq̄ȝ in quodam cenobio aliq̄diu vixerunt. dum liſardꝰ ſup
ripam ligeris. ſolitarius manere vellet. ⁊ leonardus per ſancti ſpiritus
admonitiōem in aquitania diſponeret predicare. oſculantes ſe ab inui
cem diſceſſerunt. Leonardus igitur vbiqȝ predicans. multa miracula
exercens: in quadam ſilua ciuitati lemonice vicina habitauit. vbi erat
aula regia cauſa venatōnis cōſtructa. Accidit aūt vt quadam die rex
ibi venaretur. ⁊ regina illuc cauſa delectatōis egreſſa partu ꝑiclitaret̄
Cum ergo rex et familia propter regine periclitatōem lugerent. et leo
nardus per nemus tranſiret. ⁊ gementium voces audiret. pietate com
motus illuc ꝓperauit. ⁊ a rege vocatus ꝓtinus introiuit. Cuȝ igitur a
rege interrogatus quis eſſ̄ȝ. et ſe ſancti remigii diſcipuluȝ fuiſſe narra
ret. rex ſpem bonaȝ concipiens. et a bono magiſtro ip̄m bene inſtructū
exiſtimans. ip̄m ad reginam induxit: rogans vt ſuis precibus de recu
perata coniuge ⁊ edita prole duplex gaudiū obtineret. Tunc ille orōne
fuſa quod petebat ꝓtinus impetrauit. Cum aūt rex multa in auro et ar
gento ſibi offerret ille ꝓtinus recuſauit. admonens vt hec paupibꝰ da
ret dicens. Ego nullis hoꝝ indigeo. ſed tm̄ in aliqua ſiluaꝝ cōtemptis
huius mūdi diuiciis ſoli chriſto famulari deſidero. Cum aūt rex totuȝ
illud nemus ſibi tradere vellet. ille ait Non totū illud accipio: ſed q̄tū
nocte cū meo aſello circumire potero. tantuȝ mihi concedi exopto. Qđ
rex libentiſſime adimpleuit. Conſtructo itaqȝ ibidem monaſterio. ibi
diu cum adiunctis ſibi duobus monachis in abſtinētia multa degebat
Cum auteȝ aqua vno ab eis miliario diſtaret. puteum ibidem ſiccū pe
nitus fodi iuſſit q̄m aqua orōnibus ſuis impleuit Locum aūt illū nobi
liacum appellauit. eo ꝙ a rege nobili traditus ſibi fuiſſ̄ȝ. Ibi tantis mi
raculis choruſcauit. ꝙ q̄cūqȝ eiꝰ nomē in carcere īuocaſſet mox ruptis
vincul' nll'o ꝯtradicente liber abiret. et ſuas eidē catenas vl' compedes
preſentaret. Hoꝝ plures ſecū manebāt. ⁊ ibidem dn̄o ſuiebant. Septē
quoqȝ familie de eiꝰ nobili ſtirpe venditis oībus ad eū venerūt: ⁊ diſtri
buto ſingul' nemore ibi cū ipſo manentes exemplo ſuo plurimos attra
xerunt. Demqȝ ſanctꝰ vir leonardus multis clarus virtutibꝰ. viii. ydꝰ
nouembris ad dn̄m migrauit. Ubi poſtq̄ multa feciſſet miracula. cleriđ
illius eccleſie eſt reuelatum: vt quia locus ille propter multitudinis
frequentiā artus erat. alibi eccleſiam fabricarēt. et illuc corpus ſancti
leonardi honorifice tranſportarent. At illi cum populo triduano ieiu
nio et orōni inſiſtentes. reſpicientes viderūt totam ꝓuinciā niue cooptā
locum aūt illum in quo ſanctus leonardus quieſcere volebat omnino

vacuum ꝯſpexerunt. Ibi itaqȝ tranſlatꝰ q̄nta miracula ꝓcipue circa
incarceratos dn̄s ꝑ eū faciat: immēſi ferri varietas ante eius tumulum
de pendentis teſtis exiſtit. ¶ Uicecomes lemonicenſiū ad terrorē ma
loꝝ q̄ndaȝ ḡuiſſimā catenam fecerat: quam in cippo ſue turris affigi
mādauerat. Qua catena q̄cunqȝ collo cingebatur. cuilibet aeris item
perici expoſitꝰ: nō vna ſed q̄ſi mille mortibꝰ angebat. Accidit aūt vt q̄
dam ſuus ſancti leonardi illa catena ſīn culpa ligaretur. Qui cū fere vl
timū ſpūm efflaret. intra ſe q̄ potuit toto ſcūm leonarduȝ affectu roga
uit: vt q̄ alios liberaret ſibi q̄ȝ ſuo ſuo ſubueniret. Statimqȝ ſanctꝰ leo
nardus in veſte candida ſibi appens dixit. Noli timere: qꝛ nō morieris
Surge et hanc catenam tecum ad eccl'iam meā deferas. Sequere me
quia ego precedam te. Qui cōſurgens et catenā accipiens ſcūm leonar
dum p̄cedētem vſqȝ ad eccleſiā ſuā ſecutus eſt. Statimqȝ vt añ fores
fuit. beatus leonardꝰ ipm dimiſit. et eccl'iam intrans q̄ ſcūs leonardus
ſibi fecerat oībus enarrauit. et catenā illam tam maximā ante tumulū
eius ſuſpendit. ¶ Uir q̄dam in loco ſcī leonardi nobiliaco hitans. ⁊ ei
dem ſancto valde fidel' exiſtēs. a quodā tirāno captus eſt. Qui tirānus
intra ſe cogitans dicebat. Leonardꝰ iſte oēs abſoluit. et oīs vis ferri
añ eū velut cera añ ignē liq̄ſcit. Si hunc igitur vincul' ligauero proti
nus leonardꝰ aderit et ipm liberabit. Si aūt ipm cuſtodire poſſē mille
ſolidis ipſū redimi facerē. Scio igit̄ q̄d faciā in turre mea ꝓfundā foue
am faciam. ⁊ hominem hunc ꝯpedibꝰ aggrauatū ibidem ſubmergā. deiñ
ſup os fouee ligneā archā cōſtruā in q̄ armatos milites accubare faciā
Licet enī leonardus ferꝝ confringat tñ nōdum ſub terra intrauit. Quō
cum totum vt cogitauerat compleuiſſē. ⁊ ille homo ſanctum leonardū
ſepius inclamaret. leonardus nocte veniens archam in qua iacebant
milites reuoluit et tanq̄m mortuos in ſepulcro ita eos ſub ipſa ꝯcluſit
Deinde cum multa luce foueam ingreſſus. manum fidelis ſui tenuit.
ac dixit: Dormis an vigilas. Ecce leonardus quem tu deſideras. At
ille admirans ait. Domine adiuua me. Confeſtim confractis catenis
apprehenſū propriis vlnis extra turrim portauit. Deinde ſecū ſicut
amicus cum amico confabulans vſqȝ ad locū ſuū ⁊ domū ipſū deduxit
¶ Peregrinus quidam cum a viſitatione ſancti leonardi re
diſſet. et in auernia captus in cauea incluſus eſſet. eos plurimū depre
cabatur. vt amore ſancti leonardi cum nichil vnq̄m eos offendiſſet:
eum relaxare deberent. Qui rñderunt. ꝙ niſi ſe copioſe redimeret non
exiret. Et ille. Sit inter vos ⁊ ſanctū leonardum cui me ſciatis recōmē
datum. Seq̄nti igitur nocte ſcūs leonardꝰ dn̄o illius caſtri apparuit: et
vt pegrinum ſuū dimitteret imperauit. Ille vero mane vigilās ⁊ viſiōē
quaſi ſomniū paruipendens. nullatenus dimittere voluit. Altera nocte
eadem imperans ſibi apparuit. Sed ille iterum obedire contempſit.

CLVI

Tercia vero nocte ſcūs leonardꝰ ꝑegrinū accipiens extra opidū dedu
xit.ſtatimq3 turris cum media ꝑte caſtri corruens.oppreſſis pluribus
ſolum p̄ncipem ad ſui confuſiōem fractis cruribus reſeruauit. Miles
quidā in britānia incarceratus ſcūm leonardum inuocabat. Qui ſtatī3
cunctis videntibꝰ ⁊ cognoſcētibus ⁊ ſtupentibus. in media domo app
uit:et carcerem intrans ⁊ vincula frangens. hominí catenas in māibꝰ
poſuit.⁊ ꝑ medium illoꝝ deducens oīs ſtupore ꝑterruit. Fuit ⁊ aliꝰ
leonardus eiuſdem ꝓfeſſionis et virtutis:cꝰ corpus apd̄ corbiacum re;
quieſcit. Hic cū in monaſterio eſſet prelatus.tanta ſe humilitate deiici;
ebat:vt oībus inferior videretur. Sed cū omnis pene populus ad eum
cōflueret.quidā inuidi regi clotario ſuaſerūt q̄ niſi p̄uideret. ꝑ leonar
dum q̄ multos ſub obtentu religiōis colligebat.regnū francie detrimē
tum nō modicū ſuſtineret. Quibꝰ rex nimis credulus eu3 expelli iuſſit.
Uenientes āt milites adeo eius verb̄ ꝯpuncti ſunt: q̄ ſe ſuos futuros
diſcipulos ſpoponderīt. Rex q̄3 penitēs veniā petiit.⁊ detractores re
bus et honoribꝰ p̄uauit.⁊ ſcūm leonardum valde dilexit.⁊ vix ad p̄ces
ſancti detractores dignitati p̄ſtine reſtituit. Qui a deo ſimil'r impetra;
uit:vt q̄cunq3 in carcere tenerentur mox inuocato ſuo nomie ſoluerent̄.
Dum aūt q̄dam die orōni incūber3. ſerpens q̄dam maximꝰ a ꝑte pedū
vſq3 in eius ſinū tetendit. Qui ꝓpter hoc nullatenꝰ ab orōne ſurrexit.
Completa vero orōne dixit ei. Scio q2 ab initio creatōis tue hoīes q̄n;
tum preuales inquietas:ſed nunc ſi in me tibi tradita eſt poteſtas. fac
in me quicq̄d merui. Quo dicto ſ̄pens ꝑ capuciū exiliens ad pedes eiꝰ
mortuus corruit. Poſt hoc aūt cum duos ep̄os diſcordātes ſedaſſet in
craſtinū ſe finiendū predixit circa āños dñi.d.lxx.

CLI

# De B. Luca

A.

Lucas interp̄tatur ipſe conſurgens vl'eleuās. vl' dicit̄ lucas
a luce. Ipſe ei fuit cōſurgens ab amore mūdi.eleuās ſe ī amo
rem dei. Fuit etiā lux mundi eo q̄ mundū illuminauit vniuer;
ſum. Math.v. Uoſ eſtis lux mundi. Lux aūt mūdi eſt ipſe ſol:que quid̄
lux h3 in ſitu ſublimitatē. Eccleſiaſtici.xxvi. Sol oriens mūdo in altiſſi
mis dei. In aſpectu delectabilitatem eccleſiaſtes.xi. Dulce lumē et dele
ctabile eſt oculis videre ſolem. In motu velocitate3.ii.heſdre.iiii. Ma
gna eſt terra:⁊ excelſum eſt celū:⁊ velox curſus ſol'. In effectu vtilitatē
q̄ ſ̄m ph̄m hō genāt hoīem et ſol. Sic lucas habuit ſ̄blimitatem ꝑ cele
ſtium cōtemplatōem.delectabilitatem ꝑ dulcem conuerſatōem. veloci
tatem per feruentem predicatōe3. vtilitate3 ꝑ doctrine ſue ꝯſcriptōe3.

B.

Lucas ſyrus natione antiochenus. arte medicus:fuit ſ̄m quoſ
dam vnus de.lxxii.dñi diſcipulis. Sane cum hieronimꝰ dicat